Sub actione enim quæ facta sunt facta sunt, omnis vero actio ad finem aliquem pertinet, ne sine careat. Quodcumque enim naturalium actionum finem non habet, id nec perfectum est, finis autem naturalium actionum eorum quæ facta sunt ad causam motionis est status. Quemadmodum, ut ex uno quæcunque sunt omnium motionis modum perspiciamus, anima, cum intellectualis et rationalis essentia sit, et cogitat et ratiocinatur, facultate utens mente, motione, cogitatione, actione denique cogitatio. Hoc enim cogitantis et ejus quod cogitatur cogitationis finis est, ut quod extremitatum mutuam inter se relationem circumscribit. Cogitare enim anima desinit illud cogitatum postquam cogitavit. Nam cogitatum proprie semel, neque iterum, animæ facultatem provocat, et per singulas quasque cogitationes sic statum capit qualiscunque cogitationis in cogitando eo quod cogitatur. Quando igitur omnia cogitata omnium quæ cogitari possunt sensibilibium et cogitabilium cogitatione transiverit, desinet anima, uti ab omnibus quæ cogitantur, ita etiam a tota cogitatione atque relatione ad omnia tam relativa quam cogitabilia, nec habet reliquum omnino quid cogitet, post cogitationem eorum quæ naturaliter cogitari possunt, post quam supra mentem et rationem et cognitionem modo nec intelligibili nec perceptibili nec effabili cum Deo unietur, non cogitans omnino, imo neque considerans Deum aut æstimans. Nihil enim exstat eorum quæ cogitantur, quo per relationem aliquam anima cogitationem suam dirigere possit, sed per simplicem (quippe habitu ac relatione vacantem) unionem, quæ cogitari non capit, et ineffabilem quamdam et haud vestigabilem rationem, quam solus novit Deus qui inenarrabilem hanc gratiam dignis largitur, et qui eam aliquando accepturi sunt, quando conversione et immutatione omnia vacabunt, postquam rerum quæ existunt quælibet circa quidquam motio prorsus terminum invenerit infinitatem Deum comitantem, in qua quæcunque motantur statum sumunt. Jure quidem, arbitror, gravissimam meretur reprehensionem qui præexistentiam animarum statuit, gentilem in modum commiscens quæ a commistione abhorrent et secundum substantiam contemporare cum generatione rationalium statum asserens. Neque enim generationem ante statum, quæ immobilis natura sit, aut statum post immobilem generationem, aut denique una cum generatione statum cogitare rationis veritati competit. Non enim facultas generationis est status, adeo ut cum generatione eorum quæ facta sunt una cogitetur, sed facultativæ eorum quæ facta sunt generationis actionis finis exstat; ac simpliciter, ut paucis absolvam, si eorum est status quæ ad quid sunt, non ad generationem, sed ad motionem esse dicitur, ad quam etiam differentiam capit, dum ad generationem quidem minime refertur, ad quam differre haud capit. Donec igitur statum audio, solum cessatio-

A Ἐπ' ἐνεργείᾳ γὰρ τὰ γενόμενα γέγονε, πᾶσα δὲ ἐνεργεία πρὸς τι τέλος ἐστίν, ἵνα μὴ ἀτελής. Τὸ γὰρ τέλος μὴ ἔχον τῶν κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν οὐδὲ τέλειόν ἐστι, τέλος δὲ τῶν κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν, ἡ τῆς πρὸς τὸ αἴτιον τῶν γεγενημένων κινήσεως στάσις. Οἷον ἵνα ἐξ ἑνὸς τῶν ἐπὶ πάντων τῶν ὄντων κατανοήσωμεν τῆς κινήσεως τρόπον, ἡ ψυχὴ, οὐσία νοερά τε καὶ λογικὴ ὑπάρχουσα, καὶ νοεῖ καὶ λογίζεται, δύναμιν ἔχουσα τὸν νοῦν, κίνησιν δὲ τὴν νόησιν, ἐνεργείαν δὲ τὸ νόημα. Πέρασ γὰρ τοῦτο τῆς τε τοῦ νοοῦντος καὶ τοῦ νοουμένου νοήσεως ἐστίν, ὡς περιοριστικὸν τῆς πρὸς ἄλληλα τῶν ἀκρων ὑπάρχον σχέσεως. Νοοῦσα γὰρ ἡ ψυχὴ ἴσταται τοῦ νοεῖν ἐκεῖνο τὸ νοηθὲν μετὰ τὴν αὐτοῦ νόησιν. Τὸ γὰρ νοηθὲν κυρίως ἀπαξ, οὐκ ἔτι τὴν πρὸς τὸ νοηθῆναι πάλιν ἐκκαλεῖται τῆς ψυχῆς δύναμιν, καὶ καθ' ἕναστος νόημα οὕτω στάσιν δέχεται τῆς ποιᾶς ἐπὶ τῷ νοήματι τοῦ νοηθέντος νοήσεως. Ἦνίκα οὖν πάντα τὰ νοήματα τῶν νοουμένων πάντων αἰσθητῶν τε καὶ νοητῶν κατὰ τὴν νόησιν παρέλθῃ, παύεται, ὡσπερ τῶν νοουμένων ἀπάντων, οὕτω καὶ τῆς ὅλης νοήσεως τε καὶ σχέσεως πρὸς τὰ σχετὰ πάντα καὶ νοητὰ, οὐκ ἔχουσα λοιπὸν τί νοῆσαι τὸ παράπαν, μετὰ τὴν τῶν νοηθῆναι φυσικῶς δυναμένων νόησιν, μεθ' ἣν ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον καὶ γνῶσιν ἀνοήτως, ἀγνώστως τε καὶ (186 b) ἀφράστως κατὰ ἀπλήν προσβολὴν ἐνωθήσεται τῷ Θεῷ, οὐ νοοῦσα παντάπασιν, οὔτε μὴν τὸν Θεὸν λογιζομένη. Οὐ γὰρ ἐστὶ τι τῶν νοουμένων, ἵνα κατὰ τινα σχέσιν ἡ ψυχὴ τὴν αὐτοῦ δύνηται νόησιν ἔχειν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀπλήν, ὡς ἀσχετον, καὶ ὑπὲρ νόησιν ἐνωσιν, καὶ τινα λόγον ἀρρήτον τε καὶ ἀνερμήνευτον, ὃν μόνος οἶδεν ὁ τὴν ἀφατον ταύτην χάριν τοῖς ἀξίοις δωρούμενος Θεός, καὶ οἱ ταύτην ὕστερον πείσεσθαι μέλλοντες, ἡνίκα πάντα τροπῆς ἐλεύθερα καὶ ἀλλοιώσεως ἔσται πάσης, τῆς καθ' ὅτιον περι τι κινήσεως τῶν ὄντων παντελῶς πέρας λαβούσης τὴν περὶ Θεὸν ἀπειρίαν, ἐν ἣ τὰ κινούμενα πάντα δέχεται στάσιν. Περὶ Θεὸν γὰρ, ἀλλ' οὐ Θεός, ἡ ἀπειρία, ἔστις καὶ ταύτης ἀσυγκρίτως ὑπέρκειται. Δικαίως γοῦν, εἶμαι, μέμφεως ἀξίως πλειστής ὁ τὴν προὑπαρξιν τῶν ψυχῶν δογματίζων ἐστὶ, καὶ τὴν ἀκίνητον καθόλου τῶν λογικῶν ἐνάδα θεσπίζων, φύρων Ἑλληνικῶς τὰ μὴ φυρόμενα, καὶ λέγων ἅμα κατὰ τὴν ὑπαρξιν εἶναι τῇ γενέσει τῶν λογικῶν τὴν στάσιν. Οὐ γὰρ συμβαίνει τῷ ἀληθεῖ λόγῳ τὴν γένεσιν προεπινοεῖσθαι τῆς στάσεως, ἀκίνητον φύσει κατ' αὐτὸν ὑπάρχουσαν, οὔτε μετεπινοεῖσθαι στάσιν ἀκινήτου γενέσεως, οὔτε μὴ συνεπινοεῖσθαι τῇ γενέσει τὴν στάσιν. Οὐ γὰρ δύναμις τῆς γενέσεως ἡ στάσις ἐστίν, ἵνα συνεπινοηθῇ τῇ γενέσει τῶν γεγενημένων, ἀλλὰ τῆς κατὰ δύναμιν ἐνεργείας τῆς τῶν γεγενημένων γενέσεως τέλος ὑπάρχει, καὶ ἀπλῶς, ἵνα συνελὼν εἶπω, τῶν πρὸς τι οὔσα ἡ στάσις, οὐ πρὸς γένεσιν, ἀλλὰ πρὸς κίνησιν λέγεται, πρὸς ἣν καὶ ἀντιδιαστολὴν ἐπιδέχεται, οὐδαμῶς τὴν πρὸς γένεσιν ἀναφορὰν ἔχουσα, πρὸς ἣν διαστολὴν οὐκ ἐπιδέχεται. Ἔως δ' ἂν οὖν στάσιν ἀκούω. (187 a) παῦλαν μόνον μανθάνω κινήσεως. Εἰ δὲ τῶν ἀμαθῶν κατὰ τὴν ὑπαρξιν οὐκ ἔστι

γένεσι: καὶ στάσις, ἄρα παραχαράττει, σαφῶς τὸν
τῆς ἀληθείας λόγον ὁ τοῦτο θεσπίζων, καὶ τὴν ἀκί-
νητον ἄμα τῇ γενέσει προϋπάρχουσαν ἐνάδα τῶν
λογικῶν δογματίζων. Εἰ δέ τις λέγοι, Καὶ πῶς ἐπὶ
θεοῦ λέγεται στάσις, μὴ ἴχουσα προεπισουμένην
κίνησιν; φημί πρῶτον μὲν, Οὐ ταῦτὸν Κτίστης καὶ
κτισίς, ἔν' ὅπερ ἐνὶ δυνατὸν προεῖναι, κατ' ἀνάγκην
τῷ ἐτέρῳ ὡσαύτως ἐπιθεωρηθῆναι δύνηται, ἐπεὶ
οὕτως οὐδαμῶς τὸ κατὰ φύσιν διάφορον τούτων
ἔσται καταφανές· ἔπειτα κυρίως εἰπεῖν, ὁ Θεὸς οὔτε
κινεῖται παντελῶς οὔτε ἵσταται (τοῦτο γὰρ τῶν κατὰ
φύσιν πεπερασμένων καὶ ἀρχὴν τοῦ εἶναι ἐχόντων
ἔστιν ἴδιον), οὔτε μὴν τι ποιεῖ παντάπασιν, οὔτε πᾶ-
σχει τῶν ὅσα ἐπ' αὐτοῦ δι' ἡμᾶς καὶ νοεῖται καὶ λέ-
γεται, διὰ τὸ κατὰ φύσιν ὑπὲρ πάντων εἶναι κίνησιν τε
καὶ στάσιν, καὶ μηδενὶ λόγῳ τοῖς καθ' ἡμᾶς²⁶ ὑποβάλ-
λεσθαι τρόποις. Ταῦτα παρεκβατικῶς εἰρήσθω περὶ
τοῦ μηδὲν χρῆναι λέγειν τῶν ὄντων κατὰ φύσιν
ἀπολελυμένως ἐνεργεῖν, ἵνα μὴ ἀναίτιόν τι τῶν
μετὰ Θεὸν ἀφρόνως εἰσάγωμεν, ἐνεργεῖσθαι δὲ φυ-
σικῶς τὸ ἐνεργεῖν τοῦθ' ὑπὲρ ἐνεργούμενον τέφυκεν
ἐνεργεῖν.

Τοῦ αὐτοῦ λόγου εἰς τὸ, « Ἄλλ' εἰ ἀσώματον,
οὐπω μὲν οὐδὲ τοῦτο τῆς οὐσίας παρα-
στατικόν, ὡσπερ οὐδὲ τὸ ἀγέννητον, καὶ
τὸ ἀναρχον, καὶ τὸ ἀναλλοίωτον, καὶ ἀφθαρ-
τον, καὶ ὅσα περὶ Θεοῦ ἢ περὶ Θεῶν εἶναι
λέγεται. »

Πρὸς τοὺς ἀνόμοιον μάλιστα τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν
κακούργως εἰσάγοντας, διὰ τοῦ νομίζειν οὐσίαν εἶναι
τοῦ Πατρὸς τὸ ἀγέννητον, ὡς οἶμαι, τὸν λόγον
ποιούμενος, καὶ ἐκ τῶν ὁμοίων τὸ δέον αὐτοῦς
ἐπιγνώσθαι διδάσκων, ταῦτά φησιν ὁ διδάσκαλος, ἔν'
ὑπὸ τῆς ἀληθείας πρὸς τὴν εὐσέθειαν συναυνοῦμενοι
εὐπειθῶς σὺν ἡμῖν τὸ μὴ ἔχειν γένεσιν (187 b)
τὸν Πατέρα μόνον δηλοῦν τὸ ἀγέννητον ὁμολογήσωσι,
συνειδότες ὡς εἴπερ οὐσίαν Θεοῦ τὸ ἀγέννητον εἶναι
πάντως βιάσαιντο, οὐσίαν Θεοῦ καὶ τὸ ἀσώματον ἐξ
ἀκρίτου, καὶ τὸ ἀναρχον, καὶ τὸ ἀθάνατον, καὶ τὸ
ἀναλλοίωτον, καὶ τὸ ἀφθαρτον, καὶ ὅσα διὰ τῆς
στερητικῆς ἀναιρέσεως διὰ τὴν ὑπεροχὴν ὁ Θεὸς
εἶναι λέγεται, λέγειν εἰκότως, ἑαυτῆς γοῦν στοι-
χοῦντες, ἐκδιασθήσονται, καὶ οὕτω πολλὰς οὐσίας
θεοῦ, καὶ οὐ μίαν, μᾶλλον δὲ, κυριώτερον εἰπεῖν καὶ
ἀληθέστερον, πολυθεῖαν Ἑλληνικὴν νοσοῦντες ἐλεγ-
χθήσονται, ὅπερ ὡς ἀσεβὲς εἰπεῖν αἰσχυρόμενοι τῆς
ἀπονοίας πάντως ἀφέξονται καὶ μὴ βουλόμενοι. Τὰ
γὰρ στερητικὰ ἢ ἀναιρετικὰ περὶ τι θεωρούμενα
οὐκ αὐτὸ ἐκεῖνο τυγχάνει ὄντα τὸ περὶ ὃ θεωροῦνται,
ἐπεὶ πάντως ἔσονται τῶν σημαινόντων τὸ τί ἐστίν,
ὡς ἐκεῖνο αὐτὸ ὄντα, ἀλλ' οὐ τὸ τί οὐκ ἔστιν αὐτὸ
ἐκεῖνο σημαίνοντα· εἰ δὲ τοῦτο, ὅρος ἐκεῖνου τοῦ

A nem motionis intelligo. Si vero secundum existen-
tiam generatio et status non contemporant, ma-
nifesto veritatis rationem adulterat is qui hoc
prædicat atque unitatem immobilem una cum
generatione ante rationalia præexistere statuit. At
si quis dicat: Et quomodo Deo attribuitur status,
cum motionem ante se ipsum cogitari non admittit?
Primum quidem respondeo: Non idem Conditor
est atque conditio, ut quod uni inesse potest, ne-
cessario etiam in altero una observari queat,
quando ita quidem naturalis horum differentia
nullomodo manifesta erit: deinde, ut proprie
dicam, Deus neque movetur omnino neque stat
(hoc enim eorum est peculiare quæ naturaliter
terminata sunt atque initium existentie habent),
B neque quidquam omnino facit aut patitur quæcun-
que per nos cogitantur de eo et dicuntur, propterea
quod naturaliter omnem et motionem et statum
superat, neque ulla ratione nostræ naturæ modis
subjacet. Hæc per digressionem dicta sint de eo
quod nihil in rebus naturaliter absolute agere de-
beamus dicere, ne quid causa vacans eorum quæ
post Deum sunt inepte inducamus, sed agi natu-
raliter esse agere id quod actum agere valeat.

Ejusdem sermonis in illud: « Sed si incorporeum, non-
dum tamen hoc essentia patrocinator, non magis
quam quod ingenitum, et sine initio, et immuta-
bile, et sine interitu, et quæcunque de Deo aut
circa Deum esse dicuntur. »

C
Ad eos in primis qui Filium Patri dissimilem
nefarie introducunt, eo quod, ut arbitror, Patris
essentiam in eo collocant quod ingenitus sit, ser-
monem dirigens, et ex similibus quid agnoscere
debeant instruens, hæc dicit magister, ut veritate
ad pietatem coacti libenter eum nobis eo quod
Pater generatione caret nihil nisi quod ingenitus
sit probari concedant, memores quod, si essentiam
Dei plane hoc esse contenderent quod ingenitus
est, etiam incorporalitatem ejus, et quod sine
initio, et immortalis est, et immutabilis, et interitu
caret, et quæcunque privative propter exsupe-
rantiam Deus esse dicitur (certe si sibi constantes
D esse voluerint) necessario utique statuere cogen-
tur, adeoque non unam statuere, sed multas Dei
essentias, imo, ut magis proprie ac verius dicam,
quod gentilis multorum deorum religionis morbo
laborent sic traducentur; quod, ut impium, con-
fiteri si reverentur, amentia sua plane vel inviti
decident. Privativa enim sive negativa quæ circa
rem aliquam observantur haud ipsum illud sunt
circa quod observantur, quia quidem omnino sic
eorum essent quæ quid sit denotant, ut ipsum
illud existentia, sed non quid non sit illud ipsum

VARIÆ LECTIONES.

²⁶ ὁμᾶς cod. Gud.①) Item *ibid.* cap. 9, p. 501, tom. I, Opp. ed. Bened.

denotantia; quod si verum esset, finis illius circa A quod dicuntur esse hæc demonstrarentur, id quod ineptum est et fieri nequit. Non enim ex iis quæ non sunt rerum fines colliguntur, sed ex iis quæ sunt, quæ exiguum rerum expandunt atque amplificanc ambitum, qui nomen earum est. Nihil itaque omnino ex iis quæ de Deo aut circa Deum esse dicuntur, Dei essentia unquam esse potest, quia nec positionem, quæ sola et soli Deo competit, et relatione vacat, nec ipsum illud quod vi circa aliquid activa prorsus solutum est secundum essentiam ac substantiam indicare potest.

Ex eodem sermone in illud : « *Quemadmodum enim non sufficit corpus dicere, aut generatum esse ad demonstrandum atque manifestandum hoc vel illud circa quod hæc versentur, sed illud quoque quod his subjectum est dicere oportet, si quis perfecte et plene quid cogitemus monstrare voluerit; nam vel homo vel bos vel equus hoc corporeum esse potest et interitui obnoxium.* »

Cum sanctus hæreticos videret id unum certare, ut superessentialem naturam amentes secum ipsis destruerent, artificiosisque rationibus potestatem insuperabilem omni que conditioni ex pari imperceptibilem suæ cognitionis comprehensione capere conari, per totum sermonem privative et negative de Deo dicere maluit, nulli omnino positioni aut affirmationi indulisit, ne tanquam impudentes canes hanc mordicus captarent et venenatis dentibus in veritatis sermonem furiose irruerent occasionem præterdendi utcumque et fallendi et proprii studii artificium conficiendi qualemcumque de Deo sibi concessam sermonis positionem facientes. Quare neque corpus, neque immateriale corpus, neque incorporale omnino, neque in universo, neque in ulla universi parte, neque supra universum, et ut simpliciter dicam, nihil omnino et in nihilo eorum quæ qualicumque modo, ut verum est, videntur vel comprehenduntur vel dicuntur vel cogitantur vel nosci utcumque possunt, Deum esse docet, de omni eos opinione, Dei essentia quid sit comprehendendi posse, propulsans. Deinde instantius eos ad pietatem instigans, et ex inferiorum et incomparabile quantum a Deo distantium investigatione universale de Deo temerarie neque cogitare, nedum edicere ulli fas esse conans persuadere, hæc dicit. Et profecto ad stabilienda quoque ea quæ contra eos jam privative et negative disputaverat, ut inde commonefacti, quod etiam ultimorum in creatis accurata comprehensio rationalis nostræ vis facultatem superet, multo majoris temeritatis et audaciæ impetum coercere possent, postquam in parvis naturæ infirmitatem nossent. Etenim si de figura aliqua inquirimus finge homine, vel equo, vel bove, ad plene comprehendendum figuram corpus dixisse haud sufficit, vel generabile modo aut interibile,

περὶ ὃ λέγονται εἶναι ταῦτα δειχθήσεται, ὅπερ ἄτοπον καὶ ἀδύνατον. Οὐ γὰρ ἐκ τῶν ὧν οὐκ ἔστι τῶν πραγμάτων οἱ ὄροι συνάγονται, ἀλλ' ἐκ τῶν ἃ ἔστιν, ἐξαπλοῦντα τὴν σύντομον τῶν πραγμάτων περίληψιν, ἥτις ὀνομασία τούτων ὑπάρχει. Οὐδὲν οὖν τὸ σύνολον τῶν περὶ Θεοῦ ἢ περὶ Θεῶν εἶναι λεγομένων οὐσία εἶναι Θεοῦ πώποτε δύναται, ὅτι μηδὲ θέσιν, μόνην καὶ μόνῳ Θεῷ ἀρμόζουσαν, ἄσχετον, καὶ τῆς περὶ τι παντάπασιν ἐνεργείας ἄφετον αὐτὸ ἐκεῖνό κατὰ τὸ τί ποτε εἶναι ἐμφῆναι δύναται.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « *Ὡς γὰρ οὐκ ἀρκεῖ τὸ σῶμα εἰπεῖν, ἢ τὸ γεγεννηθῆσθαι, πρὸς τὸ καὶ περὶ ὃ ταῦτα παραστήσῃς τε καὶ δηλώσῃς, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὸ ὑποκείμενον τούτοις εἰπεῖν, εἰ μέλλοι τελείως καὶ ἀποχρώτως τὸ νοούμενον παραστήσασθαι· ἢ γὰρ ἄνθρωπος ἢ βοῦς ἢ ἵππος τούτο τὸ ἐν σώματι καὶ φθειρόμενον.* »

Ἐπειδήπερ ἑώρα τοὺς αἰρετικούς ὁ ἅγιος ἕνα μόνον ἔχοντας (188 a) ἀγῶνα, τὴν ὑπερούσιον ἑαυτοῖς ἀνοήτως συγκαταβάλλειν φύσιν, καὶ τεχνικαῖς μεθόδοις περιλήψει τῆς κατ' αὐτοὺς γνώσεως κρατεῖν ἐπιχειροῦντας, ὡς ᾤοντο, τὴν ἀκράτητον δύναμιν, καὶ πάσῃ τῇ κτίσει κατὰ τὸ ἴσον ἀχώρητον, δι' ὅλου τοῦ λόγου τὰς στερήσεις τε καὶ τὰς ἀποφάσεις προὔτιμησεν ἐπὶ Θεοῦ λέγειν, μηδεμιᾶς παντελῶς ἀνασχόμενος θέσεως ἢ καταφάσεως, ἵνα μὴ ταύτης λαβόμενοι ὡς ἀναιδεῖς κύνες δῆγματι τοὺς ἰσοδόλους ὀδόντας μανικῶς τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας ἐμβάλλωσιν, ἀφορμὴν τοῦ ὀπωσοῦν προτείνειν καὶ παραλογίζεσθαι, καὶ τὸ οἰκεῖον εἰς πέρας ἀγαγεῖν δυνηθῆναι σπυδασμα, τὴν ὁποιοῦν περὶ Θεοῦ δοθεῖσαν αὐτοῖς τοῦ λόγου θέσιν ποιούμενοι. Διὰ τοῦτο οὔτε σῶμα, οὔτε ἄϋλον σῶμα, οὔτε ἀσώματον παντελῶς, οὔτε ἐν τῷ παντὶ, οὔτε ἐν τινὶ τοῦ παντός, οὔτε ὑπὲρ τὸ πᾶν, καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν, οὐδὲν τὸ παράπαν καὶ ἐν οὐδενὶ καθ' οἶονδῆποτε τρόπον, ὡς ἔστιν ἀληθές, τῶν ὀρωμένων ἢ χωρουμένων ἢ λεγομένων ἢ νοουμένων ἢ γνωσθῆναι καθ' ὅτι οὖν δυναμένων, εἶναι τὸν Θεὸν ἀποφαίνεται, πάσης αὐτοῦ τῆς περὶ Θεοῦ καταληπτικῆς κατὰ τὸ τί ποτε εἶναι τὴν οὐσίαν ἐννοίας ἀπορραπίζων. Ἐπειτα δυσωπητικώτερον αὐτοῦς ἐνάγων πρὸς εὐσέβειαν, καὶ ἐκ τῆς περὶ τὰ δεύτερα καὶ μακρὰν ἀσυγκρίτως ἀπὸ Θεοῦ ἐρεῦνης τὸ καθόλου περὶ Θεοῦ τολμηρῶς μηδὲ ἐννοεῖν, μήτιγε λέγειν, εἶναι τινὶ θεμιτὸν δεῖξαι βουλόμενος, ταῦτά φησι. Καὶ μὴν καὶ πρὸς σύστασιν τῶν ἤδη πρὸς αὐτοὺς κατὰ στέρησιν τε καὶ ἀπόφασιν εἰρημένων, ὥστε αὐτοὺς συνειδότας ἐντεῦθεν, ὡς καὶ ἡ τῶν ἐσχάτων ἐν τοῖς ποιήμασιν ἀκριβῆς κατάληψις τῆς καθ' ἡμᾶς λογικῆς ἐνεργείας (188 b) ὑπερβαίνει τὴν δύναμιν, τῆς περὶ τὰ πολλῶν μείζω θρασύτητος τὴν ἀλόγιστον δυνηθῆναι φορὰν ἐπισχεῖν, ἐν τοῖς μικροῖς τὸ ἀσθενὲς μαθόν-

τας τῆς φύσεως. Εἰ γὰρ ἐξετάζουσιν ἡμῖν στοιχεῖον τι, φέρε εἰπεῖν ἢ ἄνθρωπον ἢ ἵππον ἢ βοῦν, οὐκ ἀρκεῖ πρὸς τελείαν κατάληψιν τὸ σῶμα λέγειν τὸ στοιχεῖον, ἢ γεννητὸν μόνον ἢ φθαρτὸν τὸν ἄνθρωπον ἢ τὸν βοῦν ἢ τὸν ἵππον, ἀλλὰ δεῖ παραστῆσαι καὶ τὸ τούτοις ὑποκείμενον, ὅπερ γεννᾶται καὶ φθείρεται καὶ πεποιῶται. Σῶμα δὲ ἢ γέννησις ἢ φθορὰ, οὐδαμῶς ὑπάρχον, ἐπεὶ ἔσται κατὰ τοῦτο ἀνάγκης ἀκολουθία, εἴ τι σῶμα, καὶ στοιχεῖον εἶναι, καὶ εἴ τι γεννητὸν ἢ φθαρτὸν, ἢ ἄνθρωπος εἶναι ἢ βοῦς ἢ ἵππος. Οὐ γὰρ εἴ τι σῶμα, πάντως ἐξ ἀνάγκης καὶ στοιχεῖον ἢ ἄνθρωπος ἢ βοῦς ἢ ἵππος. Εἴ τι μὲν γὰρ στοιχεῖον, πάντως ἐξ ἀνάγκης καὶ σῶμα, οὐκ εἴ τι δὲ σῶμα, πάντως ἐξ ἀνάγκης καὶ στοιχεῖον. Οὔτε εἴ τι σῶμα ἢ γεννητὸν ἢ φθαρτὸν, πάντως ἐξ ἀνάγκης καὶ ἄνθρωπος, ἐπεὶ οὕτω γε καὶ ἄνθρωπος ἔσται πάντως ἐξ ἀνάγκης πᾶν εἴ τι σῶμα, καὶ πᾶν εἴ τι γεννώμενον ἔστιν ἢ φθειρόμενον. Εἴ τι μὲν γὰρ ἄνθρωπος, πάντως ἐξ ἀνάγκης καὶ σῶμα καὶ γεννώμενον καὶ φθειρόμενον, οὐκ εἴ τι δὲ σῶμα ἢ γεννητὸν ἢ φθαρτὸν, πάντως ἐξ ἀνάγκης καὶ ἄνθρωπος. Οὔτε γὰρ ἔπεται πάντως, ἐπεὶ ἔσται ὁ ἄνθρωπος, ἐξ ἀνάγκης καὶ στοιχεῖον καὶ βοῦς καὶ ἵππος, καὶ πᾶν εἴ τι ἄλλο ἐνσώματον καὶ γεννώμενον καὶ φθειρόμενον. Οὐ γὰρ κατηγορεῖται ποτε τὰ μερικᾶ κατὰ τῶν καθόλου, οὔτε τὰ εἶδη τῶν γενῶν, οὔτε τῶν περιεχόντων τὰ περιεχόμενα, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἀντιστρέφει τὰ καθόλου τοῖς ἐπὶ μέρους, οὐδὲ τὰ γένη τοῖς εἶδεσιν, οὐδὲ τὰ κοινὰ τοῖς ἰδιάζουσιν, οὐδὲ (189 a), συνελόντα φάναι, τοῖς περιεχομένοις τὰ περιέχοντα. Οὕτως οὖν κατὰ τὸν ἀποδοθέντα λόγον καὶ ἐπὶ βοῦς καὶ ἵππου καὶ παντὸς τοῦ ὅτι οὐκ ἔτι ἑτέρου ληπτέον.

Εἰ τοίνυν οὐκ ἀρκεῖ πρὸς τελείαν γνῶσιν τῶν πραγμάτων τὸ πλῆθος τῶν περὶ αὐτὰ θεωρουμένων εἰπεῖν, λέγω δὴ τὸ σῶμα καὶ τὸ γεννᾶσθαι καὶ φθείρεσθαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα περὶ τὸ ὑποκείμενον ἔστιν, ἀλλὰ δεῖ πάντως καὶ τὸ ὑποκείμενον τούτοις, θεμελίου τρόπον ἐφ' ᾧ τὰῦτα βέβηκε, τί ἔστιν ἐνδείξασθαι, εἰ μέλλοιμεν τελείως καὶ ἀπαραλείπτως τὸ νοούμενον καριστάναι. Ἡ γὰρ ἄνθρωπον ἔχομεν εἰπεῖν ἢ βοῦν ἢ ἵππον, ταῦτα δὴ τὰ μὴ ὄντα αὐτὸ τοῦτο σῶμα, ἀλλ' ἐνσώματα, καὶ μὴ ὄντα αὐτὸ τοῦτο γέννησις καὶ φθορὰς, ἀλλὰ γεννώμενα καὶ φθειρόμενα, ὡς εἶναι ταῦτα, σῶμά φημι καὶ γέννησιν καὶ φθορὰν, δηλαδὴ περὶ τὰ ζῶα, ἀλλ' οὐ τὰ ζῶα ταῦτα

Εἰ τοίνυν οὐδὲν τὸ σύνολον τῶν ἔντων ἔστι κατ' αὐτὸ τὸ εἶναι ὅπερ ἔστι καὶ λέγεται τὸ ἄθροισμα τῶν ἡμῖν περὶ αὐτὸ νοουμένων τε καὶ λεγομένων, ἀλλ' ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα, τὸ περὶ δὲ ταῦτά ἐστι, συνεκτικὸν μὲν τούτων, αὐτὸ δὲ τούτοις οὐδαμῶς συνεχόμενον (οὐδὲ γὰρ ἔστιν ἐκ τούτων, ἢ ταῦτα, ἢ τι τούτων, ἢ ἐκ τινῶν, ἢ τινος αὐτῶν, ἢ ἐν τούτοις, ἢ τισιν, ἢ τινι τούτων, τὸ περὶ δὲ ταῦτα καὶ ἔστι καὶ λέγεται), παυσάσθω πᾶσα ψυχὴ παντὶ λόγῳ τῶν περὶ Θεοῦ θρασείως ἐπιτηδᾶν εἰδισμένη τοῦ διακενῆς ἀπειθεῖν, καὶ ἐν τοῖς μικροῖς μαθοῦσα τὴν οἰκείαν

A hominem vel bovem vel equum, sed quod his subjectum sit, id est quod generetur et intereat, et qualitate affectum sit representare oportet. Corpus vero haudquaquam generatio est, aut interitus; siquidem inde necessario sequeretur, si quid corpus sit, et figuram esse, et, si quid generabile sit vel interibile, et hominem esse, vel bovem vel equum. Neque enim, si quid corpus est, omnino necessarium ut figura sit vel homo vel bos vel equus. Nam si quid figura, necessario prorsus etiam corpus est, non vero si quid corpus, necessario etiam figura. Neque si quid corpus, vel generabile, vel interibile, necessario prorsus etiam homo est, quando ita quidem etiam homo omnino necessario esset quodcumque corpus, vel quodcumque generabile est vel interibile. Nam si quid homo, necessario prorsus etiam corpus, et generabile, et interibile, non vero si quid corpus, vel generabile, vel interibile, necessario prorsus etiam homo. Neque enim omnino quando homo est, necessario sequitur ut et figura et bos et equus sit, et si quod aliud corporeum et generatum et interiens. Nunquam enim particularia prædicantur de universalibus, neque species de generibus, neque de continentibus contenta, ideoque neque recipiuntur inter se universalia et particularia, neque genera et species, neque communia et peculiaria, neque denique continentia et contenta. Sic igitur secundum hanc explicationem et de bove et de equo et de quolibet alio statuendum. Itaque non sufficit ad plenam rerum cognitionem eorum quæ circa eas spectantur plura enumerare, corpus, inquam, et quod generetur et intereat, et quæcumque id genus subjectum comitantur, sed quod his subjectum est, ut fundamentum in quo illa stant, omnino etiam quid sit demonstrari opus est, si perfecte et plene quid cogitetur representare voluerimus. Aut enim hominem habemus dicere aut bovem aut equum hæc jam quæ non sunt ipsum hoc corpus, sed corporalia, et quæ non sunt hoc ipsum generationes et interitus, sed generata et intereuntia, adeo ut hæc, corpus, inquam, et generatio et interitus, manifesto animalia comitentur, sed non animalia ipsa existant hæc, corpus, inquam, et generatio et interitus.

ὑπάρχειν, σῶμα λέγω καὶ γέννησιν καὶ φθορὰν. Itaque si nihil de rebus omnino secundum ipsam existentiam, id est quod eorum quæ a nobis de eo cogitantur et dicuntur congregatio et est et dicitur, sed aliud quid ab his diversum, id videlicet quod illa comitantur, ea conservans ac continens quidem, ipsum vero his nequaquam contentum aut conservatum (id enim circa quod hæc et sunt et dicuntur non est ex his, neque hæc, neque aliquod horum, neque ex aliquibus, neque alicujus eorum, neque in his, aut aliquibus, aut aliquo horum), desinat vane et impie agere omnis anima cuilibet

VARIÆ LECTIONES.

²⁰ Fortasse του.

Dei rerum rationi insultare petulanter solita, ac vel in parvis propriam animadvertat infirmitatem, et tacite revercatur ineffabilem solum omnique et cogitatione et cognitione superiorem divinæ essentiae veritatem. Nec ipsa enim, ut antea docuit sanctus, « Accurata vel paululum conditionis perceptio » secundum veram rationem a nostra cognitione comprehenditur, ut ego quoque paululum sermone immorarer, atque summam et non vestigabilem sapientiam admirarer. Quis enim hominum quantumvis eruditorum rationalibus fretus instrumentis et documentis quæ non sunt confisus eorum quæ sunt majestatem ratione aggressus cognoscere, enarrare atque probare poterit? Quænam sunt de existentia cuique eorum quæ existunt ab initio insertæ rationes atque implicatæ, secundum quas unumquodque et est et naturam habet, et formam et speciem nactum est, et compositum est, et valet, et agit, et patitur, ne commemorem quantitatis et qualitatis et affectionis et loci et temporis et positionis et motionis et habitus differentiam ac proprietatem, ad quæ et nostra laute atque magnifice rationalis facultas ex pari numero diffunditur in mentem, et cogitationem, et intellectum, et sententiam, et reputationem, et sermonem in mente conceptum, inque prolatum et sonantem sermonem, hoc est vocem et clamorem, et rursus recolligitur, ut in quanto et quali et reliquis, quemadmodum recensuimus, hujus absque ea quam doctrina et ars novit hujus differentia et proprietate? Quis est qui norit eorum quæ existunt rationes ut etiam existunt, quemadmodum dixi, et distant, et immobilem de natura statum habent et motionem invicem sese non turbantes, dum in motione statum, et in statu, quod maxime mireris, motionem habent? quodnam contrariorum inter se in unius mundi constitutionem sit vinculum, et ordinati et inconfusi motus et administrationis modus? qui rursus in corporibus nostris contrariorum secundum permistionem compositio sit ac nexus, quo quæ naturaliter distant in familiare contubernium coguntur, quique medietate extremitatum austeritatem mitigat, perque se invicem meare sine noxa instruit, et hanc compositorum stabilitatem instituit, extremitatum secundum

A ἀσθένειαν, καὶ σιγῇ σεβέσθω μόνον τὴν ἀρρήτον τε καὶ ὑπὲρ νόησιν καὶ πάσης ἐπέκεινα γνώσεως τῆς θείας οὐσίας ὄντοτητα. « Οὐδὲ αὐτὴ γὰρ κατὰ μικρόν, ὡς προλαβὼν ἐδίδαξεν ὁ ἅγιος, ἢ τῆς κτίσεως ἀκριβοῦς κατανοήσις (1) » κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον ὑπὸ τῆς ἡμῶν περιέχεται γνώσεως, ἵνα καὶ γὰρ (189 b) μικρόν τι προσδιατρίψω τῷ λόγῳ, καὶ τῆς ὑπὲρ πάντα σοφίας θαυμάσω τὸ ἀνεξιχνίαστον. Τίς γὰρ τῶν ἄγαν σοφῶν ταῖς λογικαῖς πιστεύων ἐφόδοις καὶ ταῖς οὐκ οὐσαις θαρρόων ἀποδείξεσι μετὰ λόγου τὴν τῶν ὄντων ἐπελθὼν μεγαλειότητα δυνήσεται γινῶναι, εἰπεῖν τε καὶ παραστήσαι; Τίνες οἱ ἐκάστῳ τῶν ὄντων τῇ ὑπάρξει πρώτως ἐγκαταβληθέντες λόγοι, καθ' οὓς καὶ ἔστι καὶ πέφυκε τῶν ὄντων ἕκαστον, καὶ εἰδοπεποιήται, καὶ ἐσχημάτισται, καὶ συντέθειται, καὶ δύναται, καὶ ἐνεργεῖ, καὶ πάσχει, ἵνα μὴ λέγω τὴν ἐν τῷ ποσῷ τε καὶ τῷ ποιῷ, καὶ τῇ σχέσει, καὶ τῷ τόπῳ, καὶ τῷ χρόνῳ, καὶ τῇ θέσει, τῇ τε κινήσει καὶ ἔξει, διαφορὰν καὶ ιδιότητα, πρὸς ἃ καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς μεγαλοφυῶς λογικὴ πέφυκεν ἰσαριθμῶς πλατύνεσθαι: δύναμις εἰς νοῦν, καὶ νόησιν, καὶ ἐννοίαν, καὶ διάνοιαν, καὶ σύννοιαν, καὶ τὸν ἐνδιάθετον λόγον, τὸν τε κατὰ προφορὰν καὶ τὸν γεγωνότα, τουτέστι φωνὴν καὶ κραυγὴν, καὶ αὐθις συνάγεσθαι, χωρὶς τῆς κατ' ἐπιστήμην καὶ τέχνην, ὡσπερ ἐν ποσῷ τε καὶ ποιῷ καὶ τοῖς λοιποῖς, καθὼς ἀπηριθμηται, τούτου διαφορᾶς τε καὶ ιδιότητος; Τίς ὁ γινώσκων τοὺς λόγους τῶν ὄντων καθὼς καὶ εἰσιν, ὡς εἶπον, καὶ διαφέρουσι, καὶ στάσιν ἔχουσιν ἀκίνητον τὴν κατὰ φύσιν καὶ πρὸς ἄλληλα μηδαμῶς μεταπίπτουσαν κίνησιν, ἐν τῇ κινήσει τὴν στάσιν, καὶ ἐν τῇ στάσει τὸ παραδοξότατον τὴν κίνησιν ἔχοντα; τίς πρὸς ἄλληλα τῶν ἐναντίων εἰς ἐνὸς κόσμου σύστασιν ὁ δεσμὸς, καὶ τῆς εὐτάκτου τε καὶ ἀφύρτου κινήσεώς τε καὶ διοικήσεως ὁ τρόπος; τίς πάλιν τῶν καθ' ἡμᾶς σωμάτων ἢ τῶν ἐναντίων κατὰ τὴν κρᾶσιν διὰ συνθέσεως συμπλοκῆ, τὰ διεστῶτα κατὰ τὴν φύσιν εἰς φιλικὴν συνοικίαν ἐνάγουσα (190 a) καὶ τῇ μεσότητι τὸ ἐν τοῖς ἄκροις αὐστηρόν τιθασσεύουσα, καὶ χωρεῖν δι' ἀλλήλων ἀλυμάντως παρασκευάζουσα καὶ ταύτην ποιουμένη τῶν συνθέτων συντήρησιν, τὴν τῶν ἄκρων κατὰ τὴν κρᾶσιν εἰς ἄλληλα περιχώρησιν, καὶ πῶς ἕκαστον τούτων ἐστὶ, καὶ τί ἐστὶ, καὶ πῶς φέρον ἢ φερόμενον καὶ ἐπὶ τίνι γεγένηται ἢ φέρεται ἢ φέρεται, οὐ μόνον, ὡς εἴρηται, οἷς προηγουμένως ὑπάρχουσι ταῦτα λόγοις, ἀλλὰ καὶ οἷς πρὸς ἑαυτὰ τε καὶ πρὸς ἄλληλα μυρίοις κατ' ἐπίνοιάν τε καὶ ἐνεργεῖαν διαίρουνται τε καὶ ἐνοῦνται τρόποις; καὶ αὐθις τίς ὁ λόγος τῆς τοῦ καθ' ἕκαστον οὐσίας, φύσεως, εἶδους, σχήματος, συνθέσεως, δυνάμεως, ἐνεργείας, πάθους; τίς δὲ πάλιν ὁ καθόλου τοῖς ἄκροις κατὰ τὸ ἐκάστου πέρασ διὰ τοῦ μέσου τὴν πρὸς ἄλληλα συνάφειαν ἐνεργῶν λόγος, ἵνα τὸν τε νοῦν καὶ τὸ νοούμενον διὰ τῆς μέσης νοήσεως, σχέσεως οὐσης ἐνωτικῆς τῶν διηρημένων περὶ τὸ ἐξ ἀμοιβῶν νόημα, συναφθῆ καὶ περιληφθῆ ἀλλήλοις ἑκάτερα, καὶ μηδὲν τὸ παράπαν

(1) Idem ibid. cap. 5.

κατὰ τοῦτο δειχθῆ τῶν μετὰ θεὸν περιγραφῆς ὑπάρ-
χον ἐλεύθερον; ὡς περ καὶ τὰ αἰσθητὰ πάντα καὶ τὰ
αἰσθανόμενα, ἤγουν αἰσθητικά, διὰ τῆς μέσης
αἰσθήσεως, σχέσεως οὐσης κοινῆς τῶν διηρημένων
ἄκρων, τῶν μὲν ὡς δι' αὐτῆς ἀντιλαμβανομένων
τῶν αἰσθητῶν, τῶν δὲ δι' αὐτῆς ὑποπιπτόντων, τοῖς
αἰσθανομένοις, περὶ τὸ αἰσθητήριον, ἐν ᾧ τὸ πέρασ
τῆς ἐκάστου κατὰ τὴν σχέσιν δυνάμει ὑπάρχον
καθέστηκε, καὶ περὶ ὃ ἀλλήλοις τὰ ἄκρα διὰ τῆς
μέσης σχέσεως ἐνοῦσθαι πέφυκε.

bus, alteris per eam iis quæ sentiunt succidentibus, circa sentiendi instrumentum, ubi singuli
cujusque secundum affectionem facultatis terminus collocatus est, et circa quod per mediam af-
fectionem sive relationem uniuuntur extremitates. Horum, vel unius alteriusve horum rationes cum
investigare conamur, imbecilli plane et muti in explicatione hæsitabimus, nec præter divinam po-
testatem quo mentem accurate infigamus habebimus.

Τούτων, ἢ τινος τούτων ἐρευνᾶν ἐπιχειροῦντες Β
τοὺς λόγους, ἄστονοι παντελῶς καὶ ἄφωνοι περὶ τὸν
λόγον μένομεν, οὐκ ἔχοντες ᾧ τινι τὸν νοῦν ἀκριβῶς
(190 b) ἐπερσιδόμεθα, πλὴν τῆς θείας δυνάμειος.
Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον, ὡς ἰοῖμαι, τῷ ἀγίῳ,
γυμνάζοντι τὸν ἡμέτερον νοῦν πρὸς εὐτέθειαν, « Κατὰ
μικρὸν γοῦν, οὐδὲ ἢ τῆς κτίσεως ἀκριβῆς καταλό-
σις. » (1) Τὸ δὲ, « Ἀλλὰ πολὺ πρὸ τούτων ἢ ὑπὲρ
ταῦτα καὶ ἐξ ἧς ταῦτα φύσις, ἀληπτός τε καὶ ἀπε-
ρίληπτος, » κατὰ κοινῆς θετέου τῆς κτίσεως καὶ τῆς
ὑπὲρ ταῦτα καὶ ἀφ' ἧς τινος ταῦτα, δηλαδὴ τὰ κτί-
σματα, φύσεως τὸ « Ἀληπτός τε καὶ ἀπερίληπτος. »
Τὸ δὲ, « Οὐχ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἦς » ἐστὶν, ἐπενεχθέν
προκατάληψις ἐστὶν ἀνθυποφορᾶς. Ἴνα γὰρ μὴ
καταδράμη αὐτοῦ πρὸς ὃν ὁ λόγος, φάσκων, Οὐκοῦν
εἰ ἀληπτον πάντη τὸ σέβας ἡμῶν, κενὸν ἄρα τὸ Χρι- C
στιανῶν κήρυγμα, κενὴ δὲ καὶ ἡ πίστις, κατ' οὐδε-
νὸς στηριζομένη, ταῦτά φησι προλαμβάνων τὸν
ἐπηρεαστὴν λόγον ἢ ἀνθρωπον. Οὐκ ἔφη ἀληπτον
εἶναι ταύτην τὴν φύσιν, περὶ ἧς ὁ λόγος, ὅτι περ
ὑπάρχει, ἀλλὰ τί ὑπάρχει, καὶ προσεπάγει πρὸς
τὴν τοῦ λόγου βεβαίωσιν τὸ, « Πολὺ γὰρ διαφέρει
τοῦ εἶναι τι πεπεισθαι τὸ τί ποτέ ἐστι τοῦτο εἰδέναι, »
τουτέστι, πολλὴ πρόσεστιν ἡ διαφορὰ τοῦ πεπεισθαι
περὶ τινος ὅτι περ ὑπάρχει πρὸς τὸ εἰδέναι τὴν
ἀκριβῆ τῆς οὐσίας τούτου κατάληψιν. Μὴ οὖν, φησὶν,
εὐγνωμόνως ἡμῶν εἰπόντων ἀληπτον εἶναι τὴν θεϊαν
οὐσίαν, κακούργως τὸν λόγον μεταβιβάσης, εἰς τὸ
δηθεν εἰσάγειν ἡμᾶς ἀληπτον αὐτὴν, εἰς αὐτὴν τὴν
ὑπαρξιν, κακ τούτου συνάξεως ἀθεῖαν ἡμᾶς πάντη
προσεύειν. Καὶ μετὰ τινά φησιν, Τί γὰρ ὑπολήψη D
τὸ θεῖον, εἴπερ ὅλως ταῖς λογικαῖς πιστεύσεις
ἐφόδοις (τουτέστιν, εἰ οἶει τῷ λόγῳ περιτρέχων
ἐναποκλείειν γνώσει τινὶ δύνασθαι τὸ ζητούμενον);
« Πότερον σῶμα (191 a) (τουτέστιν, Ἄρα σῶμα);
Καὶ πῶς τὸ ἄπειρον καὶ ἀόριστον καὶ ἀσχημάτι-
στιν καὶ ἀναφῆς καὶ ἀόρατον; » ἵνα σαφηνιζόμενον
νοηθῆ, οὕτως τῶν κοινῶν ἐννοιῶν κεκρατηκυῖων,
ἄπειρον εἶναι τὸ θεῖον, ὅπερ ἐστὶ πέρασ μὴ ἔχειν.
Τοῦτο γὰρ τοῦ τέτρασι διεληγμένου πέρασιν ἴδιον,
κέντρον καὶ γραμμῆ, ἐπιφανεία καὶ στερεῶ, προσ-

A efficitur, ratio sit, ut quod cogitat et quod cogi-
tatur per mediam cogitationem, quæ distantium
circa cogitatum, amborum prolem, unitiva est
affectio, ut utraque invicem jungantur et compre-
hendantur, neve quidquam omnino eorum quæ
post Deum sint circumscriptione vacans ostenda-
tur? Quemadmodum sensibilia quoque omnia et
quæ sentiunt, sive sensu prædita, per medium
sensum, quæ distantium extremitatum communis
affectio est, alteris per eam sensibilia percipienti-

bus, alteris per eam iis quæ sentiunt succidentibus, circa sentiendi instrumentum, ubi singuli
cujusque secundum affectionem facultatis terminus collocatus est, et circa quod per mediam af-
fectionem sive relationem uniuuntur extremitates. Horum, vel unius alteriusve horum rationes cum
investigare conamur, imbecilli plane et muti in explicatione hæsitabimus, nec præter divinam po-
testatem quo mentem accurate infigamus habebimus.

Atque hoc, ut arbitror, illud est quod dixit
sanctus, mentem nostram ad pietatem exercens,
« Nec plena et accurata vel paululum conditionis
perceptio. » Quod vero ad illud attinet: « Sed
multo magis natura illa his sublimior, et ex qua
hæc originem traxerunt imperceptibilis atque in-
comprehensibilis, » illud, « imperceptibilis et in-
comprehensibilis, » in commune est de conditione
et natura his sublimiore, et ex qua hæc originem
traxerunt, est condita, sumendum. Illud vero quod
addit, « Non quod est, sed quæ, » est anticipatio
subjectionis. Ne enim offendat ad quem ejus est
sermo, dicens: Itaque si imperceptibile est quod
colimus ac veneramur, vanæ igitur Christianorum
prædicatio, vana etiam fides ac nusquam stabili-
tate hæc profert ut prævertat obtrectatorem sive ser-
monem sive hominem. Non statuit imperceptibile
esse quod sit hæc de qua sermo natura, sed quid
sit, et ad stabiliendam suam sententiam addit in-
super: « Multum enim differt persuasum habere
quod aliquid est et nosse quidnam hoc sit, » id est
multum differt de re aliqua quod sit persuasum
habere et certam et accuratam essentia ejus no-
tionem tenere. Noli igitur, inquit, cum nos ex
bona fide percipi divinam essentiam posse nege-
mus, sermonem maligne in ipsam substantiam tor-
quere, tanquam eam videlicet imperceptibilem esse
statuamus, neu inde nos Deum negandum præ-
dicare concludas. Et paulo post subjicit: Quid
enim esse censes Deum, si quidem rationalibus
plane instrumentis fidem habebis (hoc est si ser-
mone circumveniens quod quæritur posse in aliqua
cognitione includi putas)? « Corpusne (hoc est,
Num corpus)? Et quonam ergo modo qui infinitus
et interminatus et infiguratus, qui denique nec
tangi nec oculis cerni potest? » ut hoc modo de-
monstratum intelligatur, quod communes adeo
notiones evincunt, infinitum esse Deum, quod est
terminum non habere. Hoc enim peculiare est ejus
quod quatuor distinctum est terminis, puncto et
linea, superficie et solido, præterea tribus quoque

(1) Idem *ibid.* cap. 5, p. 499.

(1) Idem *ibid.* cap. 7, p. 500, ed. Bened. Opp. tom. I.

distantiis, longitudine et latitudine et altitudine, quæ ipsæ iterum sex terminis discernuntur, quorum unusquisque videlicet duobus definitur, ut longitudo superiore et inferiore, latitudo dextero et lævo, altitudo anteriori termino et posteriori. Atque iterum, cum eadem communes notiones indefinitum Deum esse insinuent, hoc est non capere plenam ex quibusnam constet subjectum explicationem, nec magis admittere in loco collocationem, aut intra tempus initium vel finem, insuper etiam infiguratum, ut qui non globosus est aut quadrangulus aut erectus aut deorsum vergens, quin eum etiam tactum et visum fugere, cum sensui non subiaceat (hæc enim corporum sunt propria), absurdum est ex eis quæ evertimus divinum corpus esse, atque in tot necesse habere dividi in quot rursus, ut corpus, contrahatur, collegisse. Individuus enim plane est Deus, quia et plane quantitatis expers; quantitatis autem plane expers, quia et qualitatis plane expers; qualitatis autem plane expers, quia et omnino simplex; simplex autem plane, quod omnino non distat; distat autem omnino quod prorsus infinitus est; infinitus autem est prorsus, quod et prorsus immobilis (nequaquam enim movetur quod non habet ubi moveatur); immobilis autem plane, quod et initio omnino caret (nihil enim ante se habet seu majus, nihil cum se ipso seu æquale, nihil post se, quodve conferri aut capere ipsum possit); initio autem omnino caret, quod et ingenitus est plane, ingenitus autem plane, quod et omnino unus et solus; unus autem omnino et solus, quod et omnino caret affectione et relatione, et ob hoc penitus ineffabilis et incognitus, omnisque eorum qui probe et Deo convenienter ad eum promoventur cognitionis finis quod non possit cognosci.

Ex eodem sermone in illud: « Nam si id quod non est nusquam est, ne est quidem fortasse. Quod si alicubi esse dixeris, procul dubio, quandoquidem est, vel in universo est, vel supra universum. »

Qua de causa, audiens fortasse inquiet, inversionem ancipitem magister posuit, addito « fortasse » adverbio? cum de rationalibus suppositionibus nemo non dubitet quin jure omnino concedatur id non esse quod nusquam sit. Cui pro exilis nostræ intelligentiæ indigentia respondebimus, quod Eunomii ejusque discipulorum, qui Deum ut ipse se ipsum nosse jactarent, insaniam coercere studens propter tales sermones in placitum absurdum redegit. Aut enim, cum Deum tanquam ipse se ipsum nosse dicunt necessarium plane habent, ut etiam ubi sit quem norint ipsi adjiciant, in plenam cogniti comprehensionem, et ita nihil omnino ab existentium ullo secundum ipsos Deus differt,

ἔτι δὲ καὶ διαστήμασι τρισὶ, μήκει καὶ πλάτει καὶ βάθει, καὶ αὐτοῖς ἕξ διαιλημένοις πέρασιν, ἐκάστου δηλονότι δυοῖ περιγραφομένου, ὡς τὸ μὲν μήκος τῷ ἄνω τε καὶ τῷ κάτω, τὸ δὲ πλάτος τῷ δεξιῷ καὶ τῷ ἀριστερῷ, τὸ δὲ βάθος τῷ ἐμπρὸς πέρατι καὶ τῷ ὀπίσω. Καὶ πάλιν, τῶν σὺτῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἀόριστον τὸν Θεὸν εἰσαγούσῳν, τουτέστι μὴ ἐπιδεχόμενον διεξοδεύουσαν ἀνάπτυξιν, ἐκ τίνων συνέστηκε τὸ ὑποκείμενον, μήτε μὴν τὴν ἐν τόπῳ θέσιν, ἢ τὴν ἐν χρόνῳ ἀρχὴν ἢ τέλος, προσέτι καὶ ἀσχημάτιστον, ὡς οὐ σφαιροειδὲς ἢ τετράγωνον ἢ ὀρθιον, ἢ κάτω νενευκὸς, ναὶ μὴν καὶ ἀναφῆς καὶ ἀόρατος, ὡς αἰσθήσει μὴ ὑποπίπτον (ταῦτα γὰρ σωμάτων ἴδια), παράλογον ἐκ τῶν ἀνασκευασθέντων ὑπειληφέναι τὸ θεῖον εἶναι σῶμα καὶ ἀνάγκην ἔχειν εἰς τσσαῦτα μερίζεσθαι εἰς ὅσα πάλιν ὡς σῶμα συνάγεται. Ἄμερὲς γὰρ πάντῃ τὸ θεῖον ἐστίν, ὅτι καὶ παντελῶς ἄποσον, ἄποσον δὲ παντελῶς, ὅτι καὶ παντελῶς ἄποιον, ἄποιον δὲ παντελῶς, ὅτι καὶ πάντῃ ἀπλοῦν, ἀπλοῦν δὲ πάντῃ, ὅτι καὶ ἀδιάστατον πάντῃ, ἀδιάστατον δὲ πάντῃ ὅτι καὶ πάντῃ ἄπειρον, ἄπειρον δὲ πάντῃ, ὅτι καὶ πάντῃ ἀκίνητον (οὐ κινεῖται γὰρ πάντῃ πώποτε τὸ μὴ ἔχον ποῦ κινήθηαι), ἀκίνητον δὲ πάντῃ, ὅτι καὶ παντελῶς (191 b) ἀναρχον (οὐ γὰρ ἔχει τι πρὸ αὐτοῦ καὶ μείζον, οὔτε τι σὺν αὐτῷ καὶ ἴσον, οὔτε τι μετ' αὐτὸ, καὶ παραμετρεῖσθαι καὶ χωρεῖν αὐτὸ δυνάμενον), ἀναρχον δὲ πάντῃ, ὅτι καὶ ἀγέννητον πάντῃ, ἀγέννητον δὲ πάντῃ, ὅτι καὶ παντελῶς ἐν καὶ μονώτατον, ἐν δὲ πάντῃ καὶ μονώτατον, ὅτι καὶ παντελῶς ἀσχετον, καὶ διὰ τοῦτο παντάπασιν ἄρρητόν τε καὶ ἄγνωστον, καὶ πάσης τῆς τῶν ἐπ' αὐτὸ καλῶς τε καὶ θεοπρεπῶς κινουμένων γνώσεως πέρας μονώτατον, καὶ μονωτάτην γνώσιν ἔχον ἀληθῆ τὸ μὴ γινώσκεισθαι.

unicus, et unicam cognitionem veram habens eam

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Εἰ γὰρ τὸ μὴ ὄν οὐδαμοῦ, τὸ μηδαμοῦ τυχόν οὐδὲ ὄν, εἰ δὲ ἔστι που, πάντως, ἐπείπερ ἔστιν, ἢ ἐν τῷ παντί, ἢ ὑπὲρ τὸ πᾶν (δ). »

Δι' ἣν αἰτίαν, ἴσως ὁ ἀκούων ἐρεῖ, Τὴν ἀντιστροφὴν ἀμφίβολον ὁ διδάσκαλος ἔθετο, προσθεὶς τὸ « τυχόν » ἐπιρρήμα, πᾶσι δῆλου ὄντος, κατὰ τὰς λογικὰς ὑποθέσεις, τοῦ, τὸ μηδαμοῦ ὄν μὴδὲ εἶναι, δικαίως παντάπασιν ὁμολογεῖσθαι. Πρὸς δὲ κατὰ τὸ τῆς πτωχῆς ἡμῶν διανοίας ἐπιδεῖς ἐροῦμεν, ὅτι εὐνόμιον καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν, λέγοντας εἰδέναι τὸν Θεὸν ὡς αὐτὸς ἑαυτὸν, τῆς πολλῆς ἐπισχεῖν μανίας βουλόμενος εἰς ἄτοπον δόξαν διὰ τῶν τοιαύτων ἀπήγαγε λόγων. Ἡ γὰρ λέγοντας εἰδέναι τὸν Θεὸν ὡς αὐτὸς ἑαυτὸν, καὶ τὸ ποῦ χρὴ τὸν γινωσκόμενον εἶναι προσεπάγειν αὐτοὺς πάντως ἀνάγκη, πρὸς τελείαν τοῦ γινωσκομένου²⁶ κατάληψιν, καὶ οὐδὲν οὐδενὸς τῶν ἔντων τὸ παράπαν οὕτω γε διενήνοχε

VARIAE LECTIONES.

²⁶ Eadem manus in cod. Gud. marg. rubro adscripsit σημαυνομένου.

(3) Idem *ibid.* cap. 10, p. 502. Opp. edit. Bened. tom. I.

κατ' αὐτοὺς ὁ θεὸς, τόπω καὶ χρόνῳ περιγραφόμενος, οὐ τί γίνεται ἂν ἀτοπώτερον; ἢ μὴ λέγοντας ποῦ, ἢ μηδὲ εἶναι τὸ σύνολον λέγειν, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ λόγου ὑπόθεσιν, οὐ τί γίνεται ἂν ἀθειώτερον; (πῶς γὰρ καὶ (192 a) τί ἂν εἶη τὸ μὴ πάντως ποῦ τὸ εἶναι ἔχον;) ἢ πάντως εἶναι ἐξ ἀνάγκης αὐτοῦ; ἢ ἀκολουθία τοῦ λόγου λέγειν βιάζεται καὶ μηδαμοῦ εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο εἶναι μὲν καὶ ὑπάρχειν τὸ θεῖον, τί δὲ εἶναι καὶ ὑπάρχειν μὴ εἰδέναι. Εἰ γὰρ τὸ ποῦ τὸ θεῖον εἶναι κατ' αὐτοὺς ἄγνωστον, πολλῶ μᾶλλον αὐτὸ τὸ θεῖον, ὃ τί ποτε κατ' οὐσίαν ἔστιν, ἄγνωστότερον ἔσται. Διὸ μηδὲ ποῦ εἶναι τὸ μὴ γνωσκόμενον εὐσεβοῦντας αὐτοῦ ἀνάγκη πάντως ὁμολογεῖν. Διὰ ταύτην, ὡς οἶμαι, τὴν αἰτίαν συμπεριφερόμενος μὲν τοῖς περὶ Εὐνόμιον ἀμφέβαλε τὴν ἀντιστροφήν ὁ διδάσκαλος, τὸ « τυχόν » ἐπιβήρημα θέμενος, καὶ ἡμῖν καταλιμπάνων νοεῖν ὑπερ οὐ πάντως τὸ μηδαμοῦ, τὸ μηδαμῆ μηδαμῶς ὄν εἰσάγει. Θεὸν γὰρ ἡμεῖς εἶναι φάμεν, καὶ μηδαμοῦ τυγχάνειν, τῷ μὴ ὡς ἐν τόπῳ οὐσιωδῶς κατὰ τὴν ὑπαρξίν περιγράφεσθαι, καὶ πάντως εἶναι, τῷ μὴ δεῖσθαι παντελῶς τοῦ παντός τῶν ὄντων πρὸς τὸ εἶναι, ὣν χωρὶς καὶ ἦν καὶ ἔστι, καὶ ἀεὶ εἶναι δύνησται, μᾶλλον δὲ ἔστιν ἀεὶ. Οὐ γὰρ θέσιν ἔχει τὰ ὄντα ὁ καὶ πρὶν εἶναι τὰ ὄντα ὑπάρχων. Εἰ γὰρ παρ' ἡμῖν οὐκ ἐν τοῖς τεχνητοῖς πάντως τὸ εἶναι κατὰ τὴν ὑπαρξίν ὑποστατικῶς ἔχουσιν οἱ τεχνῖται περιγεγραμμένον τὸ φθειρόμενον τοῦτο πρᾶγμα, καὶ ἀληθέστερον κυρίως εἰπεῖν μηδέποτε ὄν, τί ἂν τις φαίη περὶ τῆς ἀρρήτου καὶ ἀγνώστου καὶ ἀχωρήτου πᾶσιν ὁμοίως καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἐχούσης δυνάμεως;

A ipse loco circumscriptus, quo nihil absurdius foret: aut, si enim nusquam vel prorsus non existere statuunt, secundum ipsius rationis suppositionem, quid foret magis impium? (quomodo enim comparatum et quid esset quod omnino alicubi esse non haberet?) aut plane necessario esse eum rationis consequentia statuere illos cogit, et nusquam esse, perque hoc esse quidem et existere Deum, quid autem sit et existat se non nosse. Si enim ubi nam sit Deus ignorari statuunt, multo magis ipsum Numen divinum quidnam secundum essentiam sit, ignorabitur. Quare si religiose et pie agere volunt, quod ignoratur nec usquam esse omnino consentire debebunt. De hac, ut arbitror, causa Eunomianis morigerans inversione eos induit magister; adverbio « fortasse » posito, nobisque considerandum reliquit, quod nequaquam id quod nusquam existat omnino existere neget? Deum enim nos esse dicimus, et nusquam esse, quia non, quasi in loco, essentialiter secundum substantiam circumscribitur, et esse omnino, quia tota universitate eorum quæ sunt plane non eget ad sanam existentiam, sine quibus et erat, et est, et semper esse poterit, vel potius semper est. Haud enim pro positione utitur eis quæ sunt qui vel ante fuit quam ipsa quæ sunt. Nam si penes nos in suis artificibus substantialem existentiam artifices plane non habeat circumscriptam, rem interituram istam, et quæ verius nunquam esse diceretur, quid, quæso, de ineffabili et incognita et omnibus pariter imperceptibili ac semper eadem potestate dixeris?

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « *Εἴτε φαντασίαι τις ἦν ἡμερινή, εἴτε νυκτὸς ἀψευδῆς ὄψις, εἴτε τοῦ ἡμεροῦ τυπώσις, συγγινομένου τοῖς μέλλουσιν ὡς παροῦσιν* (4). »

Ἄκρως καθαρθεὶς τῶν οἷς μολύνεσθαι πέφυκε τῶν ἀνθρώπων ἢ φύσις ὁ μακάριος οὗτος Πατὴρ διὰ τῆς πρακτικῆς φιλοσοφίας, (192 b) καὶ τὸν νοῦν δι' ὄλου ποιωθεὶς τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν θεῶν θεωρημάτων, διὰ τῆς ἀληθοῦς κατὰ τὴν γνῶσιν μυσταγωγίας, οἷα δὲ τὰ ἴσα τοῖς ἁγίοις προφήταις παθῶν, τὰ εἶδη τῆς προφητείας ἐν τούτοις ἡμῖν ἀπηρίθμησεν. Οἷς εἶπερ τὸ δεῖν ὄλωσ' οὕτω μεγαλοφυῶς τε καὶ ἐνθεατικῶς εἰρημένους, καὶ πάντων τῶν μὴ τοιούτων οἷος αὐτὸς ἦν ὁ διδάσκαλος τὴν δύναμιν ὑπερβαίνουσιν, ἐπιβάλλειν οὐδὲν μεθὰ χρήσιμον, στοχαστικῶς, ἀλλ' οὐκ ἀποφαντικῶς τοῦτο ποιητέον. Οἶμαι τοίνυν στοχαστικῶς εἰπεῖν κατὰ τὴν ἐμὴν ἀμβλυωπίαν, « φαντασίαν ἡμερινήν » αὐτὸν εἰρηκέναι τὴν τῶν ἀπροσώπων τοῖς ἁγίοις ὡς δι' αἰσθήσεως ἀκουσμένων πνευματικῶς καὶ φαινομένων λόγων καὶ πραγμάτων ὄψιν τε καὶ ἐνήχησιν. Οὐ γὰρ δὴ λέγειν θέμις ἐπὶ τῶν θεῶν τὸ θαυμαστὸν⁷⁷ πάντως δεῖν παρεῖναι πρὸς διατύπωσιν τῆς

Ex eodem sermone, in illud: « *Sive diurnum quoddam erat spectrum, sive minime fallax noctis visio, sive prævia quædam mentis impressio, futura tanquam præsentia exhibens.* »

Beatus hic Pater iis quibus hominum natura conspurcatur per activam, quæ dicitur, philosophiam penitus purgatus, ac mente a sancto Spiritu divinarum contemplationum propositis ex toto præparatus, per veram cognitionis initiationem, quippe eadem atque sancti prophætæ passus, prophetiæ species in his nobis enumeravit. Quæ tam magnifice atque divine pronuntiata, et omnium qui non tales qualis ipse magister fuit facultatem superantia, suscipere interpretanda audere saltem nos debere postquam utile visum est, conjecturaliter hoc, non enuntiative erit faciendum. Arbitror igitur, ut quid suspicer pro hebetate meo et obtunso ingenio edicam, « diurnum spectrum » cum dixisse visionem et sonitum sanctis viris tanquam per sensum spiritualiter auditum ac visum rerum ac verborum. De divinis enim non fas est statuere miraculum vere adesse oportere ad imaginem imprimendam, sed miro quodam et insolito modo, nec

VARIÆ LECTIONES.

⁷⁷ Recentior manus voci θαυμαστὸν superscripsit in Gud. libro φαντ, quo φανταστὸν emendandum esse significaret. Quod magis placet.

(4) Idem *ibid.* cap. 19, p. 510, tom. I. Opp. edit. Bened.

pectro ullo presente, nec vocibus sensibilibus per auram sonantibus, imaginem efficere, quam rebus divinis initiatus revera et audiat et videat. Siquidem omnis imaginatio aut presentium est, aut præteritorum; futurorum autem nunquam est. Est enim affectio extremitatum in medio collocata. Extremitates autem dico id quod imaginatur et quod imagine apparet, ex quibus per mediam imaginationem, quæ extremitatum affectio et relatio est, imago nascitur, actionis et passionis terminus, actionis quidem ejus quod imaginatur, et passionis ejus quod imagine apparet, extremitatibus per mediam imaginationem, id est relationem et affectionem circa ipsam imaginem, coherentibus. Quæcumque enim secundum quidpiam altera petunt, agere dicuntur, quæcumque autem secundum quidpiam alteris succidunt, pati. Itaque quæ petunt, naturaliter agunt, quæ petuntur naturaliter patiuntur, cum passionis et actionis terminum habeant mutuam inter se per medium coherentiam. Quare de divinis quod imagine apparet non adesse statuere consentaneum videtur, quando id non jam adfuturum est quod secundum propriam substantiam ad rei instar jam adest, neque divinum simul esse creditur, cum naturalem consequentiam nihil superet. Nam si nos noctu per somnum imaginando et videmus et audimus, nemine sæpenumero præsentem qui loquatur aut videatur, multo magis vigilantem revera sancti hoc patientur, Deo in eis agitante mira quadam gratia vigilantibus, quod nos naturæ lege per somnum pati consuevimus. « Non fallacem » autem « noctis visionem » eum suspicor dicere aut rerum futurarum in somnis certam atque accuratam comprehensionem, ut Josepho et Danieli accidit *, aut rerum divinarum visionem quamdam, cujusmodi de perfecta, quæ ex summa puritatis et innocentie plenitudine nascitur impassibilitate, vel carneis sanctorum oculis obveniat. « Principalis » autem, id est mentis, « præxiam impressionem » dicentem suspicor eum significare futurorum simulacra, sanctis singulari quodam modo per simplicem quamdam nulloque intervallo distantem intellectus applicationem apparentia. Atque ego quidem hæc de istis conjecturaliter dicere audebam, qui experiundi ejusmodi gratiam nactus non sim, ejus quidem jusso qui id mihi negotii injunxit. Sed si quis eorum qui gratiam nacti sunt hanc qualemcunque meam scriptionem legerit, rogo, ne me petulantiae criminari, sed magis obedientiam probare velit, etiamsi ista disputatio eorum quæ proposita erant summam ei cardinem demonstrandi viam habeat nullam.

Ex eodem sermone, in illud: « Quod si Paulo ea quæ tertium cœlum †, atque ad illud usque progressio, vel ascensio, vel assumptio, exhibuit, evulgare licuisset. »

Qui in divinis sapienter sermonibus versati sunt

* Gen. xxxvii, 7 seq.; Dan. ii, 19. † II Cor. xii, 2.

(5) Idem ibid. c. 20, p. 510, tom. I Opp. edit. Bened.

φαντασίας, ἀλλὰ παραδόξως τε καὶ ὑπερφυῶς καὶ μὴ παρόντος προσώπου καὶ φωνῶν αἰσθητῶν μὴ κτυπουμένων δι' αἴρος τὴν φαντασίαν ἐνεργεῖν, ὥστε ἀληθῶς ἀκούειν καὶ ὄρᾶν τὸν τὰ θεῖα μυσταγωγούμενον. Ἐπειδὴ γὰρ πᾶσα φαντασία ἢ τῶν παρόντων, ἢ τῶν παρελθόντων· τῶν δὲ μήπω γενομένων παντάπασιν ἐστὶν οὐδαμῶς. Σχέσις γὰρ ἐστὶ τοῖς ἄκροις δι' ἐαυτῆς μεσιτεύουσα. Ἄκρα δὲ φημι τὸ τε φανταστικόν, καὶ τὸ φανταστὸν, ἐξ ὧν διὰ μέσης τῆς φαντασίας, σχέσεως οὕσης τῶν ἄκρων, τὸ φάντασμα γίνεται, πέρας ὑπάρχον ἐνεργείας καὶ πάθους, ἐνεργείας μὲν τοῦ φανταστικοῦ, πάθους δὲ τοῦ φανταστοῦ, τῶν διὰ μέσης τῆς φαντασίας, σχέσεως αὐτῶν ὑπαρχούσης περὶ αὐτὸ, ἀλλήλοις (193 a) συναπτομένων ἄκρων. Πάντα γὰρ τὰ κατὰ τί τινων ἀντιλαμβανόμενα ἐνεργεῖν λέγεται, πάντα δὲ κατὰ τι ἄλλοις ὑποπίπτοντά πάσχειν. Τὰ οὖν καταλαμβάνοντα φυσικῶς ἐνεργοῦσι, τὰ δὲ καταλαμβάνόμενα φυσικῶς πάσχουσι, πέρας ἔχοντα πάθους καὶ ἐνεργείας τὴν πρὸς ἀλλήλα κατὰ τὸ μέσον συναφειαν. Διὰ τοῦτο δεῖν ἐπὶ τῶν θεῶν τὸ φανταστὸν οἴεσθαι μὴ παρεῖναι νομίζω πρόσφορον, ἐπεὶ οὐκ ἐτι μέλλει παρεῖναι τὸ καθ' ὑπόστασιν ἰδίαν πραγματειωδῶς ἤδη παρὸν, καὶ ἅμα μηδὲ θεῖον εἶναι πιστεύεται, τῆς κατὰ φύσιν ἀκολουθίας πλέον ἔχον οὐδέν. Εἰ γὰρ ἡμεῖς καθ' ὕπνον νύκτωρ φανταζόμενοι καὶ ὄρωμεν καὶ ἀκούομεν, πολλάκις μηδενὸς ὄντος τοῦ λαλοῦντος ἢ ὄρωμένου, πολλῶ μᾶλλον γρηγοροῦντες ἀληθῶς οἱ ἅγιοι πείσονται τοῦτο, τοῦ Θεοῦ ἐνεργοῦντος αὐτοῖς γρηγοροῦσι κατὰ παράδοξον χάριν, ὅπερ ἡμεῖς πάσχειν νόμῳ φύσεως κατὰ τὸν ὕπνον εἰώθαμεν. « Ἀψευδῆ δὲ νυκτὸς ὄψιν » αὐτὸν ὑπολαμβάνω λέγειν ἢ τὴν ἐν τοῖς ὕπνοις κατὰ ψυχὴν ἀκριβῆ γινομένην τῶν μελλόντων πραγμάτων κατάληψιν, ὡς ἐπ' Ἰωσήφ καὶ Δανιὴλ, ἢ ὄπτασίαν τινὰ θεῶν πραγμάτων διὰ τὴν ἐκ πολλῆς καθαρότητος ἄκραν ἀπάθειαν καὶ σαρκὸς ὀφθαλμοῖς ἁγίων ὑποπίπτουσαν. « Τὴν δὲ τοῦ ἡγεμονικοῦ τύπωσιν » οἶμαι κατ' ἔμφασιν αὐτὸν λέγειν τοὺς μονοτρόπως, ὡς ἐν εἰκόνι, κατὰ τὴν ἀπλὴν καὶ ἀδιάστατον τοῦ νοεροῦ προσβολὴν τοῖς ἁγίοις προσφαινομένους τῶν μελλόντων τύπους. Κάγῳ μὲν ταῦτα στοχαστικῶς περὶ τούτων θαρρήσας εἶπον, τῆς κατ' αὐτὰ πείρας τὴν χάριν οὐκ εἰληφώς, (193 b) διὰ τὴν τοῦ ἐπιτάξαντος κέλευσιν. Εἰ δὲ τις τῶν εἰληφόντων τὴν χάριν τούτοις ἐντύχοι, μὴ με τῆς προπετείας μέμφαιτο, ἀλλὰ μᾶλλον τῆς εὐπειθείας ἀποδείξαιτο, κἂν οὐδεμίαν ἐμφαντικὴν δύναμιν τοῦ σκοποῦ τῶν προτεθέντων ὁ παρὼν ἐχη λόγος.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Παύλῳ δὲ εἰ μὲν ἐκφορὰ ἦν ἢ παρέσχεν ὁ τρίτος οὐρανός, καὶ ἢ μέχρις ἐκείνου πρόοδος, ἢ ἀνάβασις, ἢ ἀνάληψις (5). »

Φασὶν οἱ τοῖς θεοῖς σοφῶς ἐμμελετήσαντες λόγοις

τῶν ὀνομάτων κατὰ περίληψιν τὰ μὲν οὐσίας εἶναι, τὰ δὲ σχέσεως, τὰ δὲ χάριτος ἢ ἀπωλείας. Οἶον οὐσίας μὲν, ὡς ὅταν λέγωσιν « ἄνθρωπος » σχέσεως δὲ, ὡς ὅταν λέγωσιν « ἀγαθός, » ἢ « ἅγιος, » ἢ « σοφός ἄνθρωπος, » ἢ τὸ ἐναντίον « πονηρὸς ἄνθρωπος, » ἢ « ἄφρων, » ἢ « ἀκάθαρτος » (τὸ γὰρ πρὸς τί πως ἔχειν τῶν ἐκ δ. αμέρου τοῖς ἐναντίοις διειλημμένων ἕκαστον ἢ σχέσις παριστῶσα δικαίως ἐξ ὧν ἔχει τὴν προαιρετικὴν ἔξιν ἐνδιάθετον προσαγορεύει) χάριτος δὲ, ὅταν Θεὸς ὁ ἄνθρωπος τοῖς λόγοις ὀνομάζηται, ὁ δὲ διὰ πάντων ὑπὲρ χάριτος Θεῷ γενόμενος ἄνθρωπος, κατὰ τὸ, Ἐγὼ εἶπα, Θεοὶ ἐστε, οὔτε κατὰ φύσιν οὔτε κατὰ σχέσιν ἔχων τὸ εἶναι ἢ καλεῖσθαι Θεός, ἀλλὰ κατὰ θέσιν καὶ χάριν γενόμενός τε καὶ ὀνομαζόμενος· ἢ γὰρ χάρις τῆς θέσεως ἀσχετός ἐστὶ παντάπασιν, οὐκ ἔχουσα τὴν οἰανοῦν δεκτικὴν ἐαυτῆς ἐν τῇ φύσει δύναμιν, ἐπεὶ οὐκ ἔτι χάρις ἐστίν, ἀλλὰ τῆς κατὰ τὴν φυσικὴν δύναμιν ἐνεργείας φανέρωσις. Καὶ οὕτω γε πάλιν οὐκ ἔσται παράδοξον τὸ γινόμενον, εἰ κατὰ δεκτικὴν φύσεως δύναμιν ἢ θέωσις ἦν. Φύσεως γὰρ ἂν εἰκότως ἔργον, ἀλλ' οὐ Θεοῦ δῶρον ἢ θέωσις ἐστὶ, καὶ δυνήσεται καὶ (194 a) φύσει Θεός ὁ τοιοῦτος εἶναι καὶ κυρίως προσαγορεύεσθαι. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο καθέστηκεν ἢ κατὰ φύσιν τῶν ὄντων ἕκαστου δύναμις ἢ φύσεως πρὸς ἐνέργειαν ἀπαράβατος κίνησις. Πῶς δὲ καὶ ἐξίστησιν ἐαυτοῦ τὸν θεοῦμενον ἢ θέωσις, εἰ τοῖς ὄροις τῆς φύσεως αὐτὴ περιελήπτο, συνιδεῖν οὐκ ἔχω. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου ἀπώλειαν καὶ ἄδην, καὶ υἱοῦς ἀπωλείας, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύουσι τοὺς τὸ μὴ ὄν κατὰ διαθέσεις ἑαυτοῖς ὑποστήσαντας, καὶ τοῖς τρόποις αὐτῶν²⁸ διὰ πάντων γενομένους παρεμφερεῖς. Οἶμαι τοίνυν τὸν ἅγιον τοῦτον καὶ μέγαν διδάσκαλον ἐπὶ νοῦν τὰ προειρημένα λαβόντα τὴν ἐν τούτοις ἀρπαγὴν τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου διασκευάσαι, προσφυῶς ἕκαστῶ τὴν ἀρμόζουσαν φωνὴν ἀπονείμαντα. Διὸ « πρόδοξον » μὲν αὐτὸν ὑπονοῶ λέγειν τὴν ἔξω τῆς φυσικῆς ἀνάγκης τὸν ἅγιον Ἀπόστολον καταστήσασαν τῆς ἀρετῆς κατὰ τὴν ἔξιν ἀπάθειαν, καθ' ἣν οὐδεμίαν εἴλετο πρὸς τὴν φύσιν ἔχειν προαιρέσεως σχέσιν, ὡς καὶ αὐτῆς τῆς κατ' αἰσθησιν φυσικῆς ἐνεργείας ἔξω γενομένου, μᾶλλον δὲ καὶ ταύτην πρὸς πνευματικὴν ἔξιν μεταβαλόντα· « ἀνάβασιν » δὲ τὴν τε τῶν αἰσθητῶν πάντων ἀπόλειψιν, οὐκ ἔτι ἐνεργούντων ἢ ἐνεργουμένων παρ' αὐτῶ κατὰ τὴν αἰσθησιν, καὶ τῆς περὶ αὐτὰ κατὰ φύσιν ἐν πνεύματι γνωστικῆς θεωρίας ὑπέρβασιν· « ἀνάληψις » δὲ τὴν ἐν τῷ Θεῷ γενομένην αὐτῶ μετὰ ταῦτα μόνην τε καὶ ἰδρυσιν, ἣν προσφόρως « ἀνάληψιν » ὁ διδάσκαλος εἶπεν, ὡς παθόντα μᾶλλον ἢ ὀράσαντα τὸν Ἀπόστολον τὴν ἀνάληψιν ἐνδεικνύμενος. Ἡ ἀνάληψις γὰρ πάθος ἐστὶ τοῦ ἀναλαμβανομένου, (194 b) ἐνέργεια δὲ τοῦ ἀναλαμβάνοντος. Ὡν τοιγαροῦν φυσικῶν τε καὶ σχετικῶν ὀνομάτων ὑπῆρχε Κύριος ὁ Ἀπόστολος, κατὰ τε φύσιν καὶ σχέσιν ὑπερέβη τὴν κλησιν, ὑπερρύσιν καὶ ἀρετὴν καὶ γνώσιν ἀνθρωπίνην γενόμενος.

A vocabulorum, si comprehendere volumus, partem substantiæ esse, partem affectionis, partem gratiæ aut perniciæ. Quale est, substantiæ quidem, ut cum dicunt « homo; » affectionis vero, ut cum dicunt « bonus, » vel « sanctus, » vel « sapiens homo, » aut contrarium huic « malus homo, » vel « insipiens, » vel « impurus » (ad aliquid enim aliquomodo se habere eorum quæ contrariis directe distant unumquodque affectio sive relatio representans jure ex quibus voluntatis habitum habet intus conceptum appellat), gratiæ vero, cum homo Deus in sermonibus appellatur, homo per omnia Deo obediens factus, secundum illud : *Ego dixi : Dii estis* ^ε, nec natura nec affectione Deum esse aut appellari habens, sed positione et gratia factus et appellatus; positionis enim gratia affectione omnino caret, nec habet qualemcumque sui capacem in natura potestatem, cum non amplius gratia sit, sed virtutis naturali facultate agentis et efficientis manifestatio. Atque sic rursum quod sit haud mirum erit, si per capacem naturæ facultatem deificatio foret. Naturæ enim probabiliter opus, at non Dei donum deificatio esset, et talis etiam natura Deus fieri appellarique proprie posset. Nihil enim aliud est naturalis rerum quæ existunt ejusque facultas quam naturæ ad agendum perpetua motio. Quomodo autem deificatio cum qui deificatur a se ipso alienet, si ea naturæ finibus comprehensa erat, hoc intelligere non possum. Æque vero etiam ex contrario perniciem et infernum, et perniciæ filios, et similia appellant eos qui quod non est secundum affectionem sibi representant, moribusque ei per omnia facti sunt suppres. Arbitror igitur hunc sanctum et magnum magistrum cum in ea quæ supra dixi animum intendisset commemoratum illic sancti Apostoli raptum exornasse, apte suam cuique vocem et consentaneam distribuendo. Quare « progressionem » quidem eum dicere suspicor virtutis secundum habitum impassibilitatem quæ sanctum Apostolum extra naturalem necessitatem constituat, qua nullam voluntatis ad naturam relationem habere voluit, cum extra ipsam quoque naturalem secundum sensum actionem constitutus esset, imo potius hanc quoque in spiritualem habitum convertisset : « ascensionem » vero omnium sensibilibus derelictionem, quæ non amplius agerent aut agerentur in eo secundum sensum, et naturalis in spiritu circa ea gnosticiæ contemplationis transgressionem : « assumptionem » vero in Deo quæ posthac fieret mansionem et ædificationem, quam magister idoneo sane vocabulo « assumptionem » vocavit, quo passum magis esse quam egisse assumptionem Apostolum significaret. Assumptio enim passio est ejus qui assumitur, actio autem ejus qui assumit. Quorum igitur naturalium et relativorum nōminum

^ε Joann. x, 51.

²⁸ αὐτῶ cod. Gud.

dominus erat Apostolus, secundum naturam et affectionem transgressus est appellationem, cum naturam et virtutem et cognitionem humanam superasset. Quo autem magis carebat infinite divino nomine, hujus per gratiam participavit vocationem, cum Deus orae omni cetero, quod adhaerebat, nomine et naturali et relativo factus esset assumptione et vocaretur. Aut etiam rursus ita: « Progressio » quidem est plena secundum virtutem naturae renuntiatio, « ascensio » vero est eorum in quibus natura est transgressio, locum inquam, et tempus, in quibus rerum quae sunt substantia constat; « assumptio » vero ad eum est, ex quo cuncta et per quem et in quem, tanquam ad finem rerum omnium per gratiam restitutio. Et aliter dicam: « Progressio » per practicam, quae dicitur, philosophiam est in virtutem deductio, ut qua magister Apostolus promovet discipulos; nam in omnibus magister antecedere debet discipulis ad agenda ea quae decent: « ascensio » vero perita rationum rebus inhabitantium per naturalem contemplationem comprehensio: « assumptio » denique pia verae et theologicæ sapientiae initiatio, quae qualis sit verbo exprimi non potest. Tertium autem caelum suspicor esse fines circumscriptivos practicæ philosophiæ et naturalis contemplationis ac theologicæ initiationis summas rationes, sive harum terminos, quandoquidem modus aliquis comprehendendæ et virtutis et naturæ et quæ in utraque sita est theologiæ, convenienter et secundum naturam unicuique eorum quæ sunt a Deo adaptatus est, quibus in terminis et finibus beatus Apostolus eorum quæ dixi rationes, quantum sibi liceret superavit. Nam si eorum quæ naturaliter intus continet caelum descriptio est, ac finis cunctorum quaecunque sensui obnoxia sunt, secundum sublimiorem nimirum et mysticam rationem omnis quoque virtutis vel cognitionis rationes circumscribens, quæ summopere reverenda, cessatio, ut finis eorum quæ videntur, et terminus eorum quæ circumscribuntur, figurate caelum appellatur. Aut rursus « tertium » Scriptura « caelum » fortasse appellat sanctorum angelorum tria, quæ supra nos ordine sursum ascendunt castra, ad quæ sanctus Paulus fortasse pertransiit, cognitionum suarum negationibus in illorum affirmationes initiatus, et præcipuis priorum privationibus illorum habitus imitatus. Omnis enim rationalium natura secundum ordinem suum et facultatem in superioris ipsa essentiae et ordinis gnosticos habitus et positiones et affirmationes privative ablativis suis negationibus initiatur atque eas imitatur, estque secundum cognitionem affirmatio eorum quæ superjacent eorum quæ subjecta sunt negatio, atque rursus earum quæ subjectæ sunt secundum cognitionem negatio earum quæ supereminet est affirmatio, usque ad cunctorum unice summam naturam et ordinem negative progrediens, quos post omnes ordines et potestates immediata circa

Α Οὗ δὲ μάλλον ἀπέριως ἀπίδει θεοῦ ὀνόματος, τοῦτου κατὰ χάριν μετέσχε τῆς κλήσεως, θεοῦ ἀντὶ παντός ἄλλου προσόντος ὀνόματος φυσικοῦ τε καὶ σχετικοῦ τῇ ἀναλήψει καὶ γενόμενος καὶ καλούμενος. Ἡ καὶ πάλιν οὕτω· « Προόδος » μὲν ἐστὶν ἡ παντελὴς κατ' ἀρετὴν τῆς φύσεως ἀρνησις, « ἀνάβασις » δὲ ἡ τῶν ἐν οἷς ἐστὶν ἡ φύσις ὑπέρβασις, λέγω δὲ τόπον καὶ χρόνον, ἐν οἷς ἡ τῶν ὄντων ἐστὶν ὑπόστασις, « ἀνάληψις » δὲ ἡ πρὸς τὸν ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ δι' οὗ καὶ εἰς ὄν, ὡς πρὸς πέρας τῶν ὄλων κατὰ χάριν ἀποκατάστασις. Καὶ ἄλλως δὲ φάναι, « πρόοδος » ἐστὶν ἡ διὰ τῆς πρακτικῆς φιλοσοφίας ὡς διδασκάλου τοῦ Ἀποστόλου τῶν αὐτοῦ μαθητῶν εἰς ἀρετὴν προκλήθησις· δεῖ γὰρ ἐν παντὶ προπορεύεσθαι τῶν μαθητῶν τὸν διδάσκαλον, πρὸς τὴν τῶν καθηκόντων ἐνέργειαν· « ἀνάβασις » δὲ ἡ διὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας ἐπιστημονικῆ τῶν ἐν τοῖς οὐσι λόγων περίληψις, « ἀνάληψις » δὲ ἡ εὐσεβῆς τῆς ἀληθείας καὶ θεολογικῆς σοφίας ἀρρήτως μύησις. Τρίτον δὲ οὐρανὸν κατὰ στοχασμὸν εἶναι νομίζω τοὺς περιγράφοντας ὅρους τῆς τε πρακτικῆς φιλοσοφίας καὶ τῆς φυσικῆς θεωρίας, καὶ τῆς θεολογικῆς μυσταγωγίας τοὺς ὑψηλοτάτους λόγους, ἦτοι τὰ τούτων πέρατα, ἐπειδὴ μέτρον ἐστὶ τι καταλήψεως ἀρετῆς καὶ φύσεως καὶ τῆς ἐπ' ἀμφοῖν θεολογίας, ἀναλόγως κατὰ φύσιν ἐκάστην (195 a) τῶν ὄντων παρὰ θεοῦ προσηρμοσμένον, ἐν οἷς ὅροις καὶ πέρασιν ὁ μακάριος Ἀπόστολος τοὺς τῶν εἰρημένων κατὰ τὸ ἐφικτὸν παρελθόντων λόγους ἐγένετο. Εἰ γὰρ περιγραφή τῶν ἐντὸς διεληγμένων κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ οὐρανός, καὶ ὅρος πάντων τῶν ὑπὸ αἴσθησιν, δηλονότι κατὰ τὸν τῆς ἀναγωγῆς λόγον καὶ πᾶσα περιγράφουσα τοὺς περὶ τινος ἀρετῆς ἢ γνώσεως λόγους λήξει, ὡς ὅρος τῶν ὀριζομένων, καὶ πέρας τῶν περιγεγραμμένων, τροπικῶς οὐρανός ἐνομάζεται. Ἡ πάλιν « τρίτον οὐρανὸν » εἶναι τυχόν φησιν ἡ Γραφή τὰς ὑπὲρ ἡμᾶς πρὸς τὸ ἄνω καθ' εἰρμὸν τρεῖς τῶν ἀγίων ἀγγέλων τάξεις, ὥσπερ ἐφθασεν Ἰωάννης ὁ ἅγιος Παῦλος, ταῖς τῶν κατ' αὐτοὺς γνώσεων ἀποφάσει τῶν κατ' ἐκείνους τὰς καταφάσεις μυσούμενος, καὶ ταῖς καθ' ὑπεροχὴν τῶν οἰκείων στερήσει τὰς ἐκείνων ἐξείς μυσούμενος. Πᾶσα γὰρ φύσις τῶν λογικῶν κατὰ τὴν ἑαυτῆς τάξιν καὶ δύναμιν τῆς ὑπὲρ αὐτὴν οὐσίας καὶ τάξεως τὰς γνωστικῆς ἐξείς τε καὶ θέσεις καταφάσεις στερητικῶς ταῖς κατ' αὐτὴν ἀφαιρετικαῖς ἀποφάσει μυσίται τε καὶ μιμείται, καὶ ἐστὶν ἡ κατὰ τὴν γνῶσιν τῶν ὑπερκειμένων κατάφασις τῶν ὑποθεβληκῶτων ἀφάσεις, καὶ ἔμπαλιν τῶν ὑποθεβληκῶτων ἡ κατὰ τὴν γνῶσιν ἀφάσεις τῶν ὑπερεχουσῶν κατάφασις, μέχρι τῆς πρῶτων καθ' ὑπεροχὴν ἀνωτάτης φύσεως τε καὶ τάξεως ἀποφατικῶς προοδεύουσα, ἣν μετὰ πάσας τάξεις τε καὶ δυνάμεις ἡ ἄμεσος περὶ θεοῦ διαδέχεται κατὰ τὴν γνῶσιν ἀφάσεις, ὑπ' οὐδενὸς παντελῶς καταφασκομένη τῶν ὄντων, μὴ ὄντος λοιπὸν ὅρου τινός ἢ πέρατος τοῦ ταύτην περιλαμβάνοντος τὴν ἀφάσειν (195 b). Ὅσπερ γὰρ τῶν αἰσθητῶν κατὰ φύσιν ἀφάσεις ἐστὶ τὰ νοητὰ, οὕτω καὶ ἐν ταῖς συμπληρουσαῖς τὸν ἄνω κόσμον οὐσίαις τε καὶ δυνάμειν αἱ τῶν πρώτων κατὰ τὴν περὶ θεοῦ γνῶσιν

ὑπεροχὰ διὰ τὴν ὕψειν ταῖς μετ' αὐτὰς ἀποφά-
σκονται. Ὡς γὰρ ἄπερ ἡμεῖς νοεῖν οὐ δυνάμεθα,
τοῖς ὑπὲρ ἡμᾶς ἀγίοις ἀγγέλοις εἰσὶ νοητὰ, οὕτω
καὶ τοῖς ὑπὲρ ἡμᾶς ἀγίοις ἀγγέλοις τὰ μὴ νοούμενα
τοῖς ὑπὲρ αὐτοὺς ἀγίοις ἀγγέλοις εἰσὶ νοητὰ, καὶ
οὕτω καθ' ἐξῆς ἀπὸ δυνάμεως εἰς δύναμιν ἀναβαί-
νων ὁ λόγος καὶ ὑψούμενος, καὶ πάσας τάξεις τε καὶ
δυνάμεις διαβαίνων, εἰς τὸ ἀβύρρητον τε καὶ ἀνόητον
λήγει καὶ παντελῶς ἄγνωστον. Εἰ τοίνυν κατὰ τὸν
Ἄρσοπαγίτην Διονύσιον αἱ μὲν ἀποφάσεις ἐπὶ τῶν
θεῶν ἀληθεῖς (6), αἱ δὲ καταφάσεις ἀνάρμοστοι τῇ
κρυφίότητι τῶν ἀπορρήτων, εἰκότως ὁ θεσπέσιος
Ἀπόστολος πασῶν τῶν κατ' αὐτὸν γνώσεων ἀποφί-
σας τὴν νόησιν, καὶ πάσης ὑπεράνω γενόμενος τῶν
δυντῶν σχέσεως, οὕτε ἐν σώματι, καθὼς εἶπεν, εἰκό-
τως ἦν, ἐνεργοῦσαν οὐκ ἔχων τὴν αἴσθησιν, οὕτε
ἐκτὸς αἰσθῆτος τοῦ σώματος, ἀργοῦσαν ἔχων τὴν νόησιν
κατὰ τὸν καιρὸν τῆς αὐτῷ γενομένης ἀρπαγῆς, καθ'
ἦν ἀφράστως τε καὶ ἀγνώστως τινὰ δεξάμενος κατὰ
μύησιν ὑπερκόσμιον ῥήματα σιγῇ ταῦτα τιμήσας
ἐφύλαξε παντελῶς ἀνέκφορα, ὡς μήτε νοῦ νοῆσαι,
μήτε γλώσσης λαλῆσαι, μήτε ἀκοῆς αὐτὰ δεξασθαι
δυναμένων. Ποιεῖ δὲ, καθὼς οἱ πεπειραμένοι φασί,
τὴν μὲν ἐν τῇ λεχθείσῃ « προόδῳ » τῆς ἀρετῆς τε-
λείαν πρᾶξιν πίστις ὀρθὴ καὶ φόβος εἰς Θεὸν ἀνό-
θευτος, τὴν δὲ κατὰ τὴν ἀνάβασιν ἄπταιστον φυσι-
κὴν θεωρίαν ἐλπίς (196 a) βεβαία καὶ ἀλώθητος
σύνεσις, τὴν δὲ κατὰ τὴν « ἀνάληψιν » θέωσιν ἀγάπη
τελεία, καὶ νοῦς τοῖς οὔσι καθ' ὑπεροχὴν πάνπαν
ἐκουσίως πεπηρωμένος. Καὶ τῆς μὲν πρακτικῆς φι-
λοσοφίας πάλιν ἔργον εἶναι φασί πάσης τὸν νοῦν
ἐμπαθῆ φαντασίας καθαρὸν καταστῆσαι, τῆς δὲ φυ-
σικῆς θεωρίας πάσης τῆς ἐν τοῖς οὔσι καθ' ἦν αἰ-
τίαν ὑπάρχουσιν ἀληθοῦς γνώσεως αὐτὸν ἐπιστήμονα
δεῖται, τῆς δὲ θεολογικῆς μυσταγωγίας ὁμοίον Θεῶ
καὶ ἴσον, ὡς ἐφικτὸν, τῇ χάριτι κατὰ τὴν ἔξιν ποιῆ-
σαι, μηδενὸς τὸ σύνολον ἔτι τῶν μετὰ Θεὸν διὰ τὴν
ὑπεροχὴν ὄντα νοήμονα.

et plane ultro abdicata. Atque activæ quidem philosophiæ rursus esse dicunt mentem passioni obnoxiam omni imaginatione ac sæculari pompa liberare, naturalis autem contemplationis omni eam rerum qua causa existant vera cognitione imbuere, theologicæ denique initiationis et instructionis eam Deo æqualem et parem, quatenus licet, gratia secundum habitum reddere, ut jam quæcumque post Deum sunt propter eminentiam plane ignoret.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Οὐδ' ἄν αὐτὸν
δυνηθῆναι χωρῆσαι τὸν κάτω κόσμον, Ἰωάν-
νης ὁ τοῦ Λόγου πρόδρομος, ἡ μεγάλη τῆς
ἀληθείας φωνή, διωρίζετο ? »

Ἐῶκαιρον ἦν καμὲ πρὸς τὸν ἅγιον ταῦτον καὶ μέ-
γαν τῆς ἀληθείας διδάσκαλον, τὸ μέγεθος ὁρῶντα
τῆς αὐτῷ παρὰ Θεοῦ δοθείσης σοφίας, εἶπεν ὅπερ
Δαβὶδ, ὁ τῶν προφητῶν καὶ βασιλέων ἐπισημότατος,
πρὸς τὸν Θεὸν, τὸ ἄπειρον τῆς ἐν πᾶσιν αὐτοῦ με-
γαλειότητος καταπλαγαίς, ἐνθεαστικῶς ἀπεφθέγγε-
το, λέγων Ἐθιωμαστῶθη ἡ γνῶσις σου ἐξ ἐμοῦ,

^a I Cor. II, 9.

(6) Dionys. Areopag. *De mystica theol.* cap. I, p. 544, tom. I. Opp. ed. Ven.

A Deum excipit secundum cognitionem negatio, quæ a nullo omnino eorum quæ sunt affirmatur, neque ullus de cætero omnino finis exstat aut terminus qui hanc negationem comprehendat. Quemadmodum enim sensibilibus secundum naturam negatio sunt intelligibilia, ita etiam in eis qui superiorem mundum complent essentiis ac potestatibus primariorum secundum Dei cognitionem quæ excellunt propter submissionem eis quæ post se sunt negantur. Ut enim quæ nos intelligere non possumus, sanctis, qui nos superant, angelis intellecta sunt, ita quæ angelis nos superantibus, non sunt intellecta eis sunt angelis sanctis intellecta quæ hos superant, atque ita deinceps a potestate in potestatem ascendens ratio, et exaltata, et omnes ordines atque potestates transgressa, in ineffabile desinit ac plane incognitum. Itaque si secundum Dionysium Areopagitam negationes in rebus divinis veritatem habent, contra affirmationes rerum ineffabilium obscuritati non conveniunt, divinus Apostolus omnium suarum cognitionum intellectu negato, omni quæ sunt affectione superata, neque in corpore, ut dixit, fuisse probabiliter videatur, cum activum non haberet sensum, neque rursus extra corpus, cum intellectum habere cessantem eo quo raptus est tempore, quo in raptu inenarrabili quodam et incognito modo secundum cælestem initiationem quædam verba accepit, quæ tacite coleret et nunquam divulganda custodiret, utpote, quæ neque mens intelligere, neque lingua effari, neque aures percipere possent ^b. Efficit autem, ut ii qui experti sunt tradunt, virtutis in « progressionem, » quam dixi, perfectam actionem fides recta et metus in Deum incorruptus, naturalem vero in « ascensione » inoffensam contemplationem spes firma et immaculata conscientia, deificationem denique in « assumptione » perfecta charitas ac mens rebus quæ sunt penitus

D Ex eodem sermone, in illud : « Nec ab inferiori posse capi Joannes Verbi præcursor et magna veritatis vox pronuntiavit. »

Opportunum erat ut et ego sanctam hunc atque magnum veritatis magistrum, cum magnitudinem sapientiæ viderem a Deo ei datæ, ita alloquerer ut David prophetarum regumque insignissimus, Deum, infinitam ejus in omnibus rebus majestatem admiratus, divino numine plenus dicens : *Mirabilior facta est tui cognitio, et invaluit, quam ut*

(7) Greg. Naz. *or. theol.* II, cap. 20, p. 511, tom. I. Opp. edit. Bened.

ei sufficiam ⁱ, ut justum erat, maxime cum admirando solum in circumscriptam circumscribere conaretur potestatem, nec usquam alias circa res, quas assequi non possumus, vagum et mobile animæ gradum sistere haberet, et ut ego quoque, ut dixi, satis haberem ex admiratione sapientis magistri intelligentiæ sanctificationem abstulisse, nec multum quærerem quomodo et qua ratione, quæ nomina divina vox sanctis mystice indidit contra historiam, inter sese converterit, filium tonitru Joannem præcursorem ibi appellans ⁱ. Cum vero præclarum habeat præmium obedientia, qua maxime præsulibus morigerari jubemur, eumque Scripturis sacris otium impendere et nosse eas et pervestigare, divinæque legi die ac nocte incumbere, bonis ac frugi maxime convenire viderem, simul tergiversationis et inobedientiæ periculum reformidans, meam de his conjecturam pro viribus enarrabo, vestris, qui hoc me negotii injunxistis, preceationibus fretus. Arbitror igitur, quod iste divinus contra historiam dixit doctor, Christi præcursorem pro tonitru filio ponens, id non aliter posse nisi per contemplationem complanari, quæ sola est eorum quæ de historia sibi contradicere videntur complanatio, quia veritatem in omnibus simplicem secundum naturam incorporaliter demonstrat, non vocibus aut corporibus concretam. Quemadmodum igitur magnus Joannes Baptista præcursor vocatus est, respectu ejus qui revera expectabatur, et Vox respectu Sermonis, cujus denuntiator antecessit, et lucerna respectu solis, ut artificialis et positiva et temporalis lux respectu naturalis et essentialis et non artificiosæ et æternæ atque inexstinguibilis lucis, arbitror vero etiam ut resipiscentiæ, naturalem quæ se antecesserit justitiam post se secundum œconomiam factum iri prædicans, ita hic quoque divinum istum doctorem eo quod contra historiam magnum apostolum Joannem præcursorem dixerit figurate velle significare, etiam evangelistam magnum Joannem in Evangelio suo præcursorem esse Sermonis magis mystici et majoris, quem prædicaverit, quique nec verbis exprimi nec linguæ carnalis voce edici possit. Sanctorum enim Evangeliorum scriptura institutio est ad cognitionem, eis semper obtingentem qui per illa exaltentur et corporalis prudentiæ crassitie spiritualiter se purgent, vel quæ in futuro obtinget, post rerum quæ motantur consummationem. Nam sicut lex institutio erat, per temporalem quæ in ea apparebat cognitionem, eorum qui per ipsam in Christum, Sermonem in carne factum, erudiebantur et ad primum ejus adventum Evangelio cogebantur, ita sanctum quoque Evangelium institutio est eorum qui per ipsum in Christum, Sermonem spiritualem, erudiuntur, et ad secundum ejus adventum futuro in mundo coguntur; si quidem caro et spiritus

A ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν, ὡς ἦν δίκαιον, μάλιστα θαύματι μόνῃ περιγράφας τὴν ἀπερίγραφον δύναμιν, οὐκ ἔχων ἀλλοθί ποι περὶ τῶν ἀνεφίκτων τῆς ψυχῆς ἐρεῖσαι τὴν πολυκίνητον βᾶσιν· κάμῃ, ὡς εἶπον, ἀρκεῖσθαι τὸν ἐκ τοῦ θαυμάζειν σοφοῦ διδασκάλου σύνεσιν ἀγιασμὴν κομίσασθαι, καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν, πῶς καὶ τίνι λόγῳ παρ' ἱστορίαν, ἅπερ θεῖα φωνὴ τοῖς ἀγίοις μυστικῶς ἠνόματα τέθεικεν, ἀλλήλοις ὁ διδάσκαλος περιτρέπει, τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς (196 b) Ἰωάννην πρόδρομον ἐνταῦθα προσαγορεύων. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῆς εὐπειθείας πολὺς ἐστὶ ὁ μισθός, ἐντολῆς μάλιστα τοῖς ἡγουμένοις πείθεσθαι κελευούσης, καὶ σχολάζαι καὶ γινῶναι καὶ ἐρευνᾶν τὰς Γραφάς, καὶ μελετᾶν τὸν θεῖον νόμον ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ἐν τοῖς εὐ

B ἔχουσι μάλιστα κείμενον ἔγνω, τοῦ τε ὅκνου καὶ τῆς ἀπειθείας τὸν κίνδυνον ὑφορώμενος, στοχατικῶς περὶ τούτων κατὰ δύναμιν ἐρῶ, ταῖς ὑμῶν θαρρῶν τῶν ἐπιταξάντων εὐχαῖς. Οἶμαι τοίνυν τὸ παρ' ἱστορίαν εἰρημένον τῷ θεοφόρῳ τούτῳ διδασκάλῳ, παρατιθεμένῳ τὸν τοῦ Χριστοῦ πρόδρομον ἀντὶ τοῦ τῆς βροντῆς υἱοῦ, μὴ δύνασθαι ἄλλως ἢ κατὰ θεωρίαν ὁμαλίζεσθαι. Μόνῃ γὰρ αὕτη τῶν κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀλλήλοις ἀντικεῖσθαι δοκούντων ἐστὶν ὁμαλισμός, ὡς τὴν ἐν ὅλοις ἀλήθειαν ἀπλήν οὔσαν κατὰ τὴν φύσιν ἀσωμάτως ἐμφαίνουσα, μὴ συμπαχυνομένην ταῖς φωναῖς ἢ τοῖς σώμασιν. Ὡςπερ οὖν ὁ μέγας Βαπτιστῆς Ἰωάννης ἐρρέθη πρόδρομος, ὡς πρὸς τὸν ἀληθῶς προσδοκώμενον, καὶ φωνὴ πρὸς λόγον, ὡς τούτου μηνυτικῶς προηγουμένη, καὶ λύχνος πρὸς ἥλιον, ὡς τεχνικόν τε καὶ θετικόν καὶ πρόσκαιρον φῶς πρὸς φυσικόν τε καὶ οὐσιῶδες καὶ ἀτέχναστον καὶ αἰώνιον φῶς καὶ ἄσθεστον, οἶμαι δὲ ὅτι καὶ ὡς μετάνοια, τὴν πρὸ αὐτῆς κατὰ φύσιν ὑπάρχουσαν δικαιοσύνην μετ' αὐτὴν κατ' οἰκονομίαν γενομένην κηρύττουσα, — οὕτως οἶμαι κἀνταῦθα τὸν θεόφρονα τοῦτον διδάσκαλον διὰ τοῦ παρ' ἱστορίαν εἰπεῖν πρόδρομον τὸν μέγαν ἀπόστολον Ἰωάννην παραινέξασθαι, θέλειν, ὅτιπερ καὶ Ἰωάννης ὁ μέγας εὐαγγελιστῆς ἐν τῷ κατ' αὐτὸν Εὐαγγελίῳ πρόδρομός ἐστι τοῦ δι' αὐτοῦ μηνυομένου (197 a) μυστικώτερου καὶ μείζονος Λόγου, καὶ γράμμασι τυπωθῆναι καὶ φωνῇ γλώσσης σαρκίνης ῥηθῆναι μὴ δυναμένου. Στοιχειώσις γὰρ ὡς πρὸς τὴν ἐπιγινομένην ἐκάστοτε

D τοῖς δι' αὐτῶν ὑφουμένοις, καὶ τὸ πάχος τοῦ σωματικοῦ φρονήματος πνευματικῶς ἑαυτῶν ἀποξέουσιν, ἢ καὶ ἐπιγενησομένην ἐς ὕστερον γινῶσιν, μετὰ τὴν τῶν κινουμένων συντέλειαν, ἢ τῶν ἀγίων Εὐαγγελίων ἐστὶ συγγραφή. Ὡςπερ γὰρ ὁ νόμος στοιχειώσις ἦν, κατὰ τὴν τέως ἐμφαινόμενην αὐτῷ γινῶσιν, τῶν δι' αὐτοῦ εἰς Χριστὸν τὸν ἐν σαρκὶ Λόγον παιδαγωγουμένων, καὶ τῷ Εὐαγγελίῳ κατὰ τὴν αὐτοῦ πρώτην παρουσίαν συναγομένων· οὕτω καὶ τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον στοιχειώσις ἐστὶ τῶν δι' αὐτοῦ εἰς Χριστὸν τὸν ἐν πνεύματι Λόγον παιδαγωγουμένων, καὶ τῷ μέλλοντι κόσμῳ κατὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν, συναγομένων· ἐπειδὴ γὰρ σὰρξ καὶ πνεῦμά

ἔστιν ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν ἐκάστην τῆς γνώσεως ἀνα-
λογίαν τοῦτο ἢ ἐκεῖνο γινόμενος, πᾶς γὰρ λόγος φω-
ταῖς ὑποπίπτων καὶ γράμμασι.

Θαυρῶ δὲ εἶπειν ὅτι καὶ πᾶν νόημα, νῶ τυπωθῆ-
ναι δυνάμενον, στοιχειώσεως οὐδὲν διενήνοχε τὰ ὑπὲρ
αὐτὴν μηνυούσης. Διὸ καὶ τέσσαρα τὸν ἀριθμὸν
ὑπάρχει τὰ Εὐαγγέλια, ὡς τοῖς ὑπὸ αἰσθησιν ἔτι καὶ
φθορὰν οὔσι τέως χωρητά. Τοσαῦτα γὰρ καὶ τὰ
στοιχεῖα τυγχάνει τοῦ κόσμου τούτου, καὶ τέσσαρες
πάλιν ἀρεταί, ἐξ ὧν ὁ κατὰ διάνοιαν πνευματικὸς
συνέστηκε κόσμος, ἵνα τὸν τέως ἐν ἡμῖν νοητὸν κό-
σμον, καὶ τὸν ἐν ᾧ ἔσμεν, περιγράφη τῆς ἀληθείας
ὁ λόγος, καὶ ἀλλήλοις αὐτοὺς ἀσυγχύτως καθ' ἑνω-
σιν συμβάλλῃ, καὶ ἀλλήλων πάλιν ἀδιαίρετως δια-
κρίνη, ταῖς τῶν συνιστῶντων αὐτοὺς στοιχείων
ὁμοιότησιν. Ὅπερ γὰρ ἔστιν, (197 b) ὡς φασιν, ὁ
αἰσθηρ, ἡγουν τὸ πύρινον στοιχεῖον ἐν τῷ κατ' αἰσθη-
σιν κόσμῳ, τοσῦτ' ἐν τῷ κόσμῳ τῆς διανοίας ἔστιν
ἡ φρόνησις, ὡς ἕξις φωτιστικὴ καὶ τῶν ἐφ' ἐκάστου
τῶν ὄντων ἰδίως πνευματικῶν λόγων ἀποδεικτικὴ,
τὴν ἐν ὄλοις ἀπλανῶς δι' αὐτῶν αἰτίαν ἐκφαίνουσα,
καὶ τῆς κατὰ ψυχὴν περὶ τὸ Θεῖον ἐφέσεως ἐλκτικὴ
καὶ ὅπερ ἐν τῷ αἰσθητῷ κόσμῳ ὁ ἄηρ, τοῦτο ἐν τῷ
κατὰ διάνοιαν κόσμῳ ἔστι ἡ ἀνδρεία, ὡς ἕξις κινή-
σῃ, καὶ τῆς ἐμφύτου κατὰ πνεῦμα ζωῆς συνεχτικῆς
τε ἅμα καὶ δραστικῆς, καὶ τῆς κατὰ ψυχὴν περὶ τὸ
Θεῖον ἀεικινήσεως τομωτικῆς καὶ ὅπερ ἐν τῷ αἰσθητῷ
κόσμῳ ἔστι τὸ ὕδωρ, τοῦτο ἐν τῷ τῆς διανοίας κό-
σμῳ ἔστιν ἡ σωφροσύνη, ἕξις ὑπάρχουσα τῆς ἐν
Πνεύματι ζωτικῆς γονιμότητος ποιητικῆς, καὶ τῆς
θειοδύστου κατὰ τὴν ἔφεσιν περὶ τὸ Θεῖον ἐρωτικῆς
θέλησεως γεννητικῆς καὶ ὅπερ ἐν τῷ αἰσθητῷ κόσμῳ
ἔστιν ἡ δικαιοσύνη, ἕξις ὑπάρχουσα κατ' εἶδος γεν-
νητικὴ πάντων τῶν ἐν τοῖς οὔσι λόγων, καὶ τῆς ἐν
Πνεύματι κατὰ τὸ ἴσον ἐκάστη ζωτικῆς διαδόσεως
ἀπονεμητικῆς, καὶ τῆς οἰκειᾶς ἐν τῷ καλῷ κατὰ τὴν
θέδιν βίσεως ἀμετάθετος ἴδρυσις. Γῆς οὖν καὶ δι-
καιοσύνης μυστικῶς λόγον ἐπέχει, τὸ κατὰ Ματθαῖον
Εὐαγγέλιον, ὡς φυσικώτερον τὸν λόγον ποιούμενον,
ὕδατος δὲ καὶ σωφροσύνης τὸ κατὰ Μάρκον, ὡς ἐκ
τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου καὶ τῆς κηρυττομένης
ὑπ' αὐτοῦ μετανοίας, καθ' ἣν ἡ σωφροσύνη συνέστη-
κεν, ἀρχόμενον, ἀέρος δὲ καὶ ἀνδρείας τὸ κατὰ
Λουκᾶν, ὡς περιοδικώτερον καὶ πλείοσιν ἱστορίαις
πυκνούμενον, αἰθέρος δὲ καὶ φρονήσεως τὸ κατὰ
Ἰωάννην, ὡς πάντων (198 a) ἀνώτατον, καὶ ἀπλὴν
μυστικῶς τὴν περὶ Θεοῦ πίστιν εἰσάγον, καὶ ἑνω-
νοίαν. Φασὶ δὲ καὶ ἄλλως σύμβολον εἶναι τὴν τῶν
ἁγίων Εὐαγγελίων τετράδα, πίστεως, καὶ πρακτι-
κῆς, καὶ φυσικῆς, καὶ θεολογικῆς φιλοσοφίας· καὶ
τῆς μὲν πίστεως σύμβολον εἶναι τὸ κατὰ Ματθαῖον,
ὡς ἀπίστους μετὰ δώρων προσηκούντας εἰσάγον
τοὺς Μάγους, τῆς δὲ πρακτικῆς τὸ κατὰ Μάρκον,
ὡς ἐκ τῆς μετανοίας, καθ' ἣν πᾶσα πρᾶξις ἔστιν
ἐνάρετος, τῆς διδασκαλίας ἀρχόμενον, τῆς δὲ φυσι-
κῆς τὸ κατὰ Λουκᾶν, ὡς περιοδικωτέραν τοῦ λόγου
τὴν ἐξήγησιν ἔχον, καὶ τὴν τῆς διδασκαλίας ἱστο-

A idem est ac secundum cognitionis unicuique con-
venientiam et hic fit vel illa, quia omnis sermo
vocibus et litteris subjacet.

Audeo vero dicere quodcumque etiam cogitatum,
quod menti imprimi queat, ab institutione, ea que
se superiora sint instructe, non differre. Quare
etiam quatuor numero sunt Evangelia, ut eis qui
sensui adhuc et interitui subjecti sunt interim per-
ceptibilia. Pari enim numero sunt elementa quoque
hujus mundi, et quatuor rursus virtutes, ex qui-
bus spiritualis secundum intellectum constat mun-
dus, eo ut mundum temporaliter in nobis intelle-
ctualem, et eum in quo versemur, veritatis sermo
circumscribat, ac sibi invicem unitos, sed non
commistos, conferat, et haud disjungendo rursus
inter se disparet, elementorum ipsos constituen-
tium similitudinibus. Quod enim, ut tradunt, æther
est, sive igneum in sensibili mundo elementum,
id in intellectus hoc mundo prudentia est; utpote
habitus illuminans et rationum proprie spiritua-
lium, quæ singulis quibusque eorum quæ sunt in-
hæreant index, qui causam rerum universarum
certo per ipsas demonstrat, ac mentis circa divi-
num desiderium attrahit et ducit: et quod in sen-
sibili mundo aer, id in intellectuali mundo fortitudo
est, utpote habitus movens, ac vitam spiritualiter
ingenitam conservans, et incitans, et animæ circa
Deum immobilitatem discindens: et quod in sen-
sibili mundo aqua, id in intellectuali mundo est
temperantia, qui habitus est vitalis in Spiritu fe-
cunditatis factitator, atque amatorii de desiderio
circa Deum perennis gaudii procreator: et quod in
sensibili mundo terra, id in intellectuali mundo
justitia est, qui habitus est omnium in rerum na-
tura quæ sunt rationum per formam ac speciem
procreator, ac vitalis secundum æquum singulis
quibusque in Spiritu distribuendorum assignator b,
nostrique per consilium ac voluntatem in honesto
gradus immutabilis stabilitor. Itaque terræ ac ju-
stitiæ rationem mystice tenet Matthæi Evangelium,
ut quod naturalius instituat sermonem; aquæ vero
et temperantiæ Evangelium Marci, ut quod ex
baptismo Joannis et pœnitentia ab eo prædicata,
qua temperantia constat, inchoet; aeris vero et for-
titudinis Evangelium Lucæ, ut quod amplius sit
pluribusque narrationibus confertum; ætheris de-
nique et prudentiæ Evangelium Joannis, ut quod
cæteris superius sit, simplicemque mystice Dei fidem
introducat atque intelligentiam. Tradunt vero ali-
ter quoque sanctorum Evangeliorum quadrigam
symbolum esse, fidei, et practicæ, sive activæ, et
naturalis, et theologicæ philosophiæ; atque fidei
symbolum esse Evangelium Matthæi, ut quæ infi-
deles cum donis adorantes inducat magos; practi-
cæ vero sive activæ, philosophiæ, Evangelium
Marci, ut quod ex pœnitentia, quam omnis actio
virtutis sequitur, disciplinam instituat; naturalis

* I Cor. xii, 11.

vero Evangelium Lucae, ut quod ampliore sermo-
nis enarrationem contineat, et institutionis histo-
ricam modis congruam et consentaneam; theologicæ
denique symbolum esse Joannis Evangelium, ex quo

ρίαν τοῖς τρόποις κατάλληλον, τῆς δὲ θεολογίας τὸ
κατὰ Ἰωάννην, ἐξ ἧς καὶ εἰς τὴν θεσπεσιῶς ἡρξάτο
τε καὶ ἔληξε.

et in quod Deo convenienter inchoaverit et

finiverit.
Atque rursus ut sensibilis mundus quinque sen-
sum naturaliter est institutor, dum subjacet eis
atque ad se comprehendendum eos deducit, ita
etiam intellectualis mundus virtutum est, dum ani-
mæ facultatibus obnoxia ad spiritum eas instituit,
et uniformes reddit circaque eum duntaxat com-
moveri ejusque perceptionibus inniti jubet. Et ip-
sis vero corporis sensibus secundum diviniorem
rationem eis convenientem, institui aiunt animæ
facultates, ut quibus ad agendum paulatim in-
struantur, rationibus nimirum quæ in rebus exis-
tentibus insint apprehendendis ac percipiendis,
per quas veluti per litteras quasdam eis qui
oculorum in veritatem aciem intendunt Deus
Sermo legitur. Unde et exemplares animæ faculta-
tum imagines sensus vocaverunt, cum unusquisque
sensus cum instrumento suo, unicuique animæ fa-
cultati convenienter ratione magis mystica de prin-
cipio a natura attributus sit. Ac facultatis intelli-
gendi, sive mentis, visum, rationalis vero, sive
sermonis auditum, animi olfactum, concupiscentiæ
gustum, vitalis tactum esse sensum dicunt, atque
simpliciter ut clarius me exprimam, mentis quidem
imago est visus, hoc est oculus, sermonis est au-
ditus, hoc est auris, animi est olfactus, hoc est
nasus, concupiscentiæ est gustus, atque vitæ est
tactus; quibus anima secundum Dei, qui cuncta
sapienter instituit, legem naturaliter innitens per
suas facultates, et ad sensibilia varie transducta,
si bene per facultates suas usa fuerit in multipli-
cibus rerum rationibus colligendis, et ad se ipsam
sapienter transferre potuerit universa quæ oculis
objacent in quibus Deus tacitus præco delitescit,
pulcherrimum etiam ipsa de voluntate in intellectu
et spiritualement mundum condit, generalibus qua-
tuor virtutibus elementorum in modum inter se
junctis ad mundi intelligibiliter inde in spiritu
consummandi compaginationem, nimirum dum pro
nexu et applicatione facultatum ipsius in sensus
actionis singulas virtutes sistit: ut prudentiam ex
gnostica et perita intellectualis et rationalis cum
sermone facultatum ad videndi audiendique sen-
sum applicatarum circa sensibilia sua actione; for-
titudinem vero ex summa animi ad olfactum, hoc
est nasum, in quo animi spiritum sedem habere
dicunt, applicati circa suum sensibile secundum
actionem æquabilitate; temperantiam ex concupi-
scentivæ facultatis ad gustum applicatæ circa suum
sensibile moderato usu; justitiam ex æqua et ordi-
nata et in cunctis æquabili per tactum et circa uni-
versa fere sensibilia vitalis facultatis secundum
actionem distributione. Ex his generalibus rursus

Καὶ πάλιν ὡς περὶ ὁ αἰσθητὸς κόσμος στοιχειω-
τικὸς ἐστὶ κατὰ φύσιν τῶν πέντε αἰσθήσεων,
ὑποπίπτων αὐταῖς καὶ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ κατάλη-
ψιν ὁδηγῶν, οὕτω καὶ ὁ κατὰ διάνοιαν κόσμος τῶν
ἀρετῶν, ταῖς τῆς ψυχῆς ὑποπίπτων δυνάμει· στοι-
χειοῖ αὐτὰς πρὸς τὸ πνεῦμα, ἐνοσιδεῖς ἐργαζόμε-
νος τῷ περὶ αὐτὸ μόνον αὐτὰς κινεῖσθαι, καὶ τοῖς
αὐτοῦ ἀντιλήψεσιν ἐπερξίδεσθαι. Καὶ αὐτὰς δὲ τὰς
αἰσθήσεις τοῦ σώματος, κατὰ τὸν αὐταῖς ἐμπρέποντα
θειότερον λόγον, στοιχειωτικὰς εἶναι φασὶ τῶν τῆς
ψυχῆς δυνάμεων, στοιχειοῦσας αὐτὰς ἕνδεκα πρὸς ἐν-
έργειαν, ταῖς δὲ ἡ⁹⁹ ἑαυτῶν ἀντιλήψεσι τῶν ἐν τοῖς οὐσι
λόγων, δι' ὧν ὡς διὰ γραμμάτων τινῶν τοῖς ἐξουποῦσι
πρὸς τὴν ἀλήθειαν ὁ Θεὸς Λόγος ἀναγινώσκειται.
"Θθεν καὶ παραδειγματικὰς τῶν ψυχικῶν δυνάμεων
εἰκόνας τὰς αἰσθήσεις ἐκάλεσαν, ὡς ἐκάστης αἰσθή-
σεως μετὰ τοῦ αὐτῆς ὄργανου, ἡγουν αἰσθητηρίου,
προηγουμένως (198 b) ἐκάστη δυνάμει τῆς ψυχῆς
ἀναλόγως μυστικωτέρῳ τινὲ λόγῳ κατὰ φύσιν νενε-
μημένης. Καὶ φασὶ εἶναι τῆς μὲν νοερᾶς δυνάμεως
ἦτοί τοῦ νοῦ τὴν ὀπτικὴν αἰσθησίν, τῆς δὲ λογικῆς
ἦτοί τοῦ λόγου τὴν ἀκουστικὴν, τῆς δὲ θυμικῆς τὴν
ὁσφραντικὴν, τῆς ἐπιθυμητικῆς δὲ τὴν γευστικὴν,
τῆς δὲ ζωτικῆς τὴν ἀπτικὴν, καὶ ἀπλῶς ἵνα σαφέστε-
ρον εἴπω, τοῦ μὲν νοῦ ἐστὶν εἰκὼν ἡ ὄψις, ἡγουν ὁ
ὀφθαλμὸς, τοῦ δὲ λόγου ἐστὶν ἡ ἀκοή, ἡγουν τὸ οὖς,
τοῦ δὲ θυμοῦ ἐστὶν ἡ ὁσφρησις, ἡγουν ἡ ῥίς, τῆς δὲ
ἐπιθυμίας ἐστὶν ἡ γεῦσις, καὶ τῆς ζωῆς ἡ ἀφή· αἷς
ἡ ψυχὴ κατὰ τὸν νόμον τοῦ τὰ πάντα σοφῶς δη-
μιουργήσαντος Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐποχομένη διὰ
τῶν αὐτῆς δυνάμεων, καὶ πρὸς τὰ αἰσθητὰ ποικίλως
διαβιβαζομένη, εἰ μὲν καλῶς χρήσαιτο ταῖς αἰσθή-
σεσι διὰ τῶν οἰκείων δυνάμεων τοὺς παντοδαπούς
τῶν ὄντων λόγους ἀναλεγομένη, καὶ δυναθῆ μεταβι-
βάσαι πρὸς ἑαυτὴν σοφῶς πᾶν τὸ ὀρώμενον, ἐν ᾧ
κέκρυπται Θεὸς σιωπῆ κηρυττόμενος, κάλλιστον καὶ
αὐτὴ κατὰ προαίρεσιν ἐν τῇ διανοίᾳ καὶ πνευματι-
κὸν κόσμον ἐδημιούργησε, τὰς γενικὰς τέσσαρας
ἀρετὰς στοιχείων δίκην ἀλλήλαις συνθεῖσα πρὸς
σὺμπληξιν τοῦ ἐξ αὐτῶν νοητῶς κατὰ πνεῦμα συμ-
πληρουμένου κόσμου, κατὰ συμπλοκὴν μέντοι τῆς
πρὸς τὰς αἰσθήσεις τῶν αὐτῆς δυνάμεων ἐνεργείας
ἐκάστην ἀρετὴν ὑποστήσασα· οἷον τὴν μὲν φρόνησιν
ἐκ τῆς κατὰ συμπλοκὴν τῆς τε νοερᾶς καὶ λογικῆς
δυνάμεως πρὸς τὴν ὀπτικὴν τε καὶ ἀκουστικὴν αἰ-
σθησίν, περὶ τὰ αὐτῶν αἰσθητὰ, γνωστικῆς τε καὶ
ἐπιστημονικῆς ἐνεργείας, τὴν δὲ ἀνδρείαν ἐκ τῆς
κατὰ συμπλοκὴν τοῦ θυμικοῦ πρὸς τὴν ὁσφρησίν,
ἡγουν τὸν μυχτῆρα, ἐν ᾧ τὸ θυμικόν, ὡς φασὶν,
αὐλίξεται πνεῦμα, (199 a) περὶ τὸ συμφυὲς
αἰσθητὸν ἄκρας κατὰ τὴν ἐνεργείαν ὁμαλότητος,
τὴν δὲ σωφροσύνην ἐκ τῆς κατὰ συμπλοκὴν τῆς

κατ' ἐπιθυμίαν δυνάμειος πρὸς τὴν γευστικὴν αἰσθητικὴν περὶ τὸ οἰκεῖον αἰσθητῶν μεμετρημένης χρήσεως, τὴν δὲ δικαιοσύνην ἐκ τῆς ἐν ὅλοις διὰ τῆς ἀπτικῆς καὶ περὶ ὅλα σχεδὸν τὰ αἰσθητὰ τῆς ζωτικῆς δυνάμειος κατὰ τὴν ἐνέργειαν ἴσης καὶ εὐτάκτου καὶ ἀρμονικῆς διανεμησεως. Ἐκ δὲ τούτων αὐθις τῶν γενικῶν τεσσάρων ἀρετῶν δύο γενικωτέρας κατὰ σύνθεσιν ἀρετὰς ποιεῖν ἐκδιδάσκειται, τὴν σοφίαν φημὶ καὶ τὴν πραότητα, τὴν μὲν σοφίαν, ὡς πέρασ οὔσαν τῶν γνωστῶν, τῶν δὲ πρακτῶν, τὴν πραότητα· οἷον ἐκ μὲν τῆς φρονήσεως καὶ τῆς δικαιοσύνης ποιεῖ τὴν σοφίαν, ὡς γνώσεως τῆς κατὰ τὴν φρόνησιν καὶ τῆς κατὰ τὴν δικαιοσύνην ἐπιστήμης ὑπάρχουσαν συνεκτικὴν αἰτίαν, καὶ διὰ τοῦτο πέρασ τῶν γνωστῶν, ὡς εἶπον, τυγχάνουσαν· ἐκ δὲ τῆς ἀνδρείας καὶ τῆς σωφροσύνης τὴν πραότητα, μηδὲν ἄλλο τυγχάνουσαν ἢ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας παντελεῖ πρὸς τὰ παρὰ φύσιν ἀκινήσιαν, ἣν τινες ἐκάλεσαν ἀπάθειαν, καὶ διὰ τοῦτο τῶν πρακτῶν τέλος ὑπάρχουσαν. Ταύτας δὲ πάλιν εἰς τὴν τῶν πασῶν γενικωτέτην ἀρετὴν, φημὶ δὲ τὴν ἀγάπην, συνάγει, ἐκστατικὴν οὔσαν τῶν ἐξ αὐτῆς καὶ προσαγωγικὴν τῶν δι' αὐτῆς καὶ ἐνοποιητικὴν τῶν εἰς αὐτὴν ἀρξαμένων τε καὶ κινήθέντων καὶ ληξάντων, καὶ διαφερόντως ἐπὶ πᾶσι θεοποιητικὴν. Οὕτω μὲν οὖν ἡ ψυχὴ κινουμένη τε σοφῶς καὶ ἐνεργοῦσα καθ' ἑαυτὴν καὶ ἔστι καὶ γεγένηται θεοτελεῖ λόγον τῶν μὲν αἰσθητῶν χρησίμως διὰ τῶν αἰσθήσεων ἀντιλαμβάνεται, τοὺς ἐν αὐτοῖς πνευματικῶν λόγους οἰκουμενῆ, τὰς δὲ αἰσθήσεις αὐτὰς, λογισθείσας ἤδη (199 b) τῇ τοῦ λόγου περιουσίᾳ, ὡς περὶ ἑχρήματα λογικὰ προσίεται τῶν αὐτῆς δυνάμειος, αὐτὰς δὲ τὰς δυνάμειος ταῖς ἀρεταῖς συνάπτει, καὶ ἑαυτὴν διὰ τῶν ἀρετῶν ταῖς ἐν αὐταῖς θειοτέροις λόγοις, εἰ δὲ θειότεροι τῶν ἀρετῶν λόγοι τῶ ἐν αὐτοῖς ἀφανῶς κεκρυμμένῳ πνευματικῶ νῷ, ὁ δὲ πνευματικὸς νοῦς τῶν ἐν ταῖς ἀρεταῖς θειοτέρων λόγων, πᾶσαν τῆς ψυχῆς ἣν ἔχει πρὸς τὰ παρόντα φυσικὴν τε καὶ προαιρετικὴν σχέσιν διωθούμενος, ἀπλήν ὅλην ὅλην δίδωσι τῷ Θεῷ, ὁ δὲ Θεὸς ταύτην δι' ὅλου περιλαβὼν μετὰ τοῦ συμπεφυκότος αὐτῇ σώματος ἀναλόγως αὐτὰ ἐξομοιοῖ ἑαυτῷ, ὥστε δι' αὐτῆς ὅλης ἀπεριγράφως ὅλον φαίνεσθαι δύνασθαι, τὸν³⁰ μὲν μὲν τῶν ὄντων καθ' ὅτι οὖν ἐξ ἑαυτοῦ φαίνεσθαι φύσιν ἔχοντα. Καὶ τοῦτο τυχόν ἐστὶν ὅπερ νοήσας ὁ μακάριος οὗτος καὶ μέγας διδάσκαλος ἐν τῷ εἰς Καισάριον τὸν ἀδελφὸν Ἐπιταφίῳ ἀναστάσεως ἔφη, « Μικρὸν δὲ ὕστερον καὶ τὸ συγγενὲς σαρκίον ἀπολαβούσα (περὶ τῆς ψυχῆς δηλονότι φάσκων) ἣ τὰ ἐκεῖθεν συναφιλοσόφησε, παρὰ τῆς καὶ δούσης καὶ πιστευθείσης γῆς, τρόπον ὃν οἶδεν ὁ ταῦτα συνδήσας καὶ διαλύσας Θεὸς, τούτῳ συγκληρονομεῖ τῆς ἐκεῖθεν ἐδόξης, καὶ καθάπερ τῶν μοχθηρῶν αὐτοῦ μετέσχε διὰ τὴν συμφύσιν, οὕτω καὶ τῶν τερπνῶν ἑαυτῆς μεταδίδωσιν, ὅλον εἰς ἑαυτὴν ἀναλώσασα, καὶ γενομένη συν τούτῳ ἐν, καὶ πνεῦμα, καὶ νοῦς, καὶ Θεὸς, καταποθέντος ὑπὸ τῆς ζωῆς τοῦ θνητοῦ τε καὶ

A quatuor virtutibus duas generaliores de compositione virtutes efficere discit, sapientiam, inquam, et mansuetudinem, sapientiam quidem, quæ rerum perceptibilem, mansuetudinem, quæ rerum agendarum finis est; nam ex prudentia et justitia efficit sapientiam, quæ cognitionis a prudentia et artis ab justitia moderatæ causa est conservatrix, ideoque, ut dixi, perceptibilem finis est: ex fortitudine vero et temperantia mansuetudinem, quæ nihil aliud est quam animi et concupiscentiæ perfecta ad ea quæ naturæ contraria sunt immobilitas, quæ quidam indolentiam vocarunt, ideoque eorum quæ sub actionem cadunt finis est. Has vero rursus in virtutem omnium generalissimam, charitatem dico, contrahit, quæ dimovet ea quæ ex ipsa, et conciliat ea quæ per ipsam, et in unum conflant ea quæ in ipsam occiperunt et mota sunt et finem habuerunt, quæque in omnibus denique maxime deficiat. Sic igitur anima motata sapienter et agens secundum divinæ perfectionis rationem qua et existit et facta est, sensibilia quidem utiliter per sensus percipit, earumque rationes spiritualis sibi adjungit, ipsos vero sensus, rationis facultate jam æstimatos, tanquam vehicula rationalia suarum ipsius facultatum admittit, ipsasque facultates virtutibus sequens ipsam per virtutes diviniorem earum rationibus adjungit, et diviniorem virtutum rationes spirituali qui in eis occulto latet intellectui; spiritualis autem intellectus diviniorem in virtutibus rationum omnem animæ, quam habet ad præsentia naturalem voluntatisque affectum et relationem removens, simplicem totam toti tradit Deo, atque Deus eam ex toto una cum corpore quocum cognata est amplexus, convenienter utrumque sibi ipsi assimilat, adeo ut per ipsam totam plane incircumscribitur apparere et totus possit, qui ea natura est ut eorum qui sunt ulli ullo modo de se ipso non appareat. Atque hoc est fortasse quod beatus hic et magnus doctor in animo habens in Epitaphio in Cæsarium fratrem dicebat: « Post etiam aliquanto, id est post resurrectionem, cum cognatam carnem (de anima videlicet loquens), quam cum hic philosopharetur, sociam habuit, a terra, quæ et dederat et in fidem acceperat, recepit (quod quomodo fiet Deus novit, qui ea inter se conjunxit atque dissolvit), tum demum eam quoque ad gloriæ celestis hæreditatem secum admissuram, et quemadmodum ob naturæ conjunctionem ærumnarum ipsius particeps fuerat, sic etiam jucunditates suas cum ipsa communicaturam, totum videlicet corpus in se ipsam absorbentem, et cum eo unam effectam, et spiritum, et mentem, et Deum, absorptum nimirum a vita eo quod mortale et caducum erat. » Quomodo enim per peccatum caro ab interitu absorpta erat, a carne vero anima de actionibus agnita, ab anima vero per plenam ignorantiam agnitio Dei, adeo ut vel an Deus esset ignoraret, ita jam

VARIE LECTIONES.

³⁰ τῶν habet apographum

tempore resurrectionis secundum pulchram inversionem in sancto Spiritu eventuram de Dei qui caro factus est gratia caro ab anima plane in Spiritu absorbetur, anima autem a Deo, qui vera vita est, et quem illa solum omnium et unicum tota totam in conspectu apparentem habet, et, ut simpliciter dicam, cuncta nostra aliter atque in his presentibus rebus, circa quas nunc sumus et degimus, se habent, in futuro divine manifestabit gratia resurrectionis, ut quomodo per peccatum hic mors corroborata absorbit, sic jure infirmata illic per gratiam absorbeat. Quare si anima bene, uti dixi, suis facultatibus utetur, et secundum Dei propositum, sensibili hoc mundo per spirituales in co rationes sapienter peragrato ad Deum perveniet cum intelligentia; at si male utetur, præter convenientem rationem presenti mundo perlustrato, non occulto forte in infamiae affectus illapsa, divina quoque in futuro gloria merito excidet, horrendaque judicii in infinitas æternitates sententia damnabitur ut omne cum Deo vinculum et nexum amittat, in quam sententiam si se induet, se injuriam pati dicere non habebit, cum affectum Non-existentis repræsentantem habeat accusatorem, quem ignorare non possit. Sed ad propositum sermo revocandus est.

ἀλλοτριώσιν, ἐφ' ἧ τρεχομένη οὐκ ἔχει λέγειν ὡς οὐ δικαίως, τὴν ὑποστήσασαν τὸ μὴ ὄν διάθεσιν κατὰ λόγον.

Etenim evangelista dicens: *Sunt vero etiam alia quam multa quæ Jesus fecit, quæ si in unum conscriberentur, ne ipsum quidem mundum capturum esse arbitror libros scriptos*¹, per hæc nobis revelavit, ea quæ ab se scripta essent complanationem quamdam præviam esse perfectioris. et adhuc imperceptibilis rationis. Hæc igitur sententia Joannem sanctum evangelistam si quis præcursorem appellarit, in suo nimirum Evangelio quod ad præparandam viam intellectui ad perfectiorem rationem recipiendam composuit, is a veritate non aberrabit. Sic igitur magnam veritatis vocem doctor vocat eum qui spiritualia tonuerat. Tonitru autem est vox nihil nisi terrorem audientibus creans, nihil utique clari reddens, qualis est elementarius sermo. Omnis enim sermo divinitus in hoc sæculo hominibus perscriptus præcursor est perfectioris sermonis qui nullarum litterarum ope per se in spiritu menti reveletur, quique in futuro apparebit, veritatem quidem in se ipso revelatam habens, sed involucro suo nudatam non ostendens. Sic igitur, uti videtur, totius sacræ Scripturæ intellectus pie complanatus nihil difficile aut inæquale in eis quæ secundum historiam sibi contraria esse videntur habere monstrabitur. Antiquiorum enim unusquisque sancto-

Α βίοντος (8). Ὡς γὰρ κατεπόθη διὰ τὴν ἀμαρτίαν ἡ σὰρξ ὑπὸ τῆς φθορᾶς, ὑπὸ δὲ τῆς σαρκὸς ἡ ψυχὴ γνωσθεῖσα ταῖς ἐνεργείαις, ὑπὸ δὲ τῆς ψυχῆς διὰ τῆς παντελοῦς ἀγνωσίας ἡ ἐπίγνωσις τοῦ Θεοῦ, ὡς μηδὲ (200 α) εἰ ἔστι Θεὸς γινώσκεισθαι, οὕτω δὲ πάντως τῷ καιρῷ τῆς ἀναστάσεως κατὰ τὴν καλῶς γενησομένην ἀντιστροφὴν ἐν Πνεύματι ἀγίῳ διὰ τὴν χάριν τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ καταποθήσεται ἡ σὰρξ ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἐν πνεύματι, ἡ δὲ ψυχὴ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τῆς ὄντως οὔσης ζωῆς, ὡς αὐτὸν μονώτατον διὰ πάντων ὄλον ὄλη προφαινόμενον ἔχουσα, καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν, ἀντιστρόφως τοῖς παροῦσι, περὶ ἃ νῦν ἐσμὲν τε καὶ διεξαγόμεθα, πάντα κατὰ τὸ μέλλον δείξει τὰ ἡμέτερα ἢ θεοπρεπῆς τῆς ἀναστάσεως χάρις, ἵνα ὥσπερ διὰ τὴν ἀμαρτίαν ἐνταῦθα κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, οὕτω καταποθήσεται δικαίως ἀσθενήσας ἐκεῖ διὰ τὴν χάριν. Ταῦτα μὲν εἰ καλῶς, ὡς εἴρηται, χρήσαιο ταῖς αὐτῆς δυνάμεσι, καὶ κατὰ τὸν σκοπὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν αἰσθητὸν κόσμον διὰ τῶν ἐν αὐτῷ πνευματικῶν λόγων ἡ ψυχὴ σοφῶς διοδεύσασα πρὸς Θεὸν ἔλθῃ μετὰ συνέσεως· εἰ δὲ κακῶς χρήσαιο, παρὰ τὸν θέοντα λόγον τὸν παρόντα διαθρήσασα κόσμον, οὐκ ἄδηλόν πως εἰς πάθη ἀτιμίας ἐκπίπτουσα, καὶ τῆς θείας δόξης εἰκότως κατὰ τὸ μέλλον ἀπορριφήσεται, φοβεράν ἐπ' αἰῶσιν ἀπείραις λαβοῦσα κατάκρισιν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν σχετικὴν δικαίως, τὴν ὑποστήσασαν τὸ μὴ ὄν διάθεσιν κατὰ λόγον. Ἄλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἡμῖν ἐπανακτέον τὸν

Εἰπὼν γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς· Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ' ἕνα, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία, ἐνέφηεν ἡμῖν διὰ τούτων, ὅτι τὰ γραφέντα πρὸς αὐτοῦ προσημασιμὸς τίς ἐστι τοῦ τελωτέρου καὶ τέως (200 β) ἀχωρήτου λόγου. Κατὰ ταύτην οὖν τὴν ἔννοιαν εἰπὼν τις τὸν ἅγιον εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην πρόδρομον, ἐν ᾧ συνέταξεν εὐαγγελίῳ προοδοποιῶντι τὴν διάνοιαν πρὸς παραδοχὴν τοῦ τελωτέρου λόγου, τῆς ἀληθείας οὐχ ἀμαρτήσεται. Ταύτητοι καὶ μεγάλην τῆς ἀληθείας ἀποκαλεῖ φωνὴν ὁ διδάσκαλος τὰ πνευματικὰ βροντήσαντα. Βροντὴ δὲ ἐστὶ φωνὴ μόνον κατάπληξιν τοῖς ἀκούουσιν ἐμποιοῦσα, μηδὲν μέντοι τρανοῦσα, οἷόσπερ ἐστὶν ὁ στοιχειώδης λόγος. Πᾶς γὰρ λόγος θεόθεν τοῖς ἀνθρώποις κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον γραφείς πρόδρομός ἐστι τοῦ δι' αὐτοῦ ἀγράφως ἐν πνεύματι κατὰ νοῦν μηνυομένου καὶ ἐς ὕστερον φανησομένου τελωτέρου λόγου, ὡς ἀλήθειαν μὲν ἔχων ἐν ἑαυτῷ μηνυομένην, οὐ μὴν δὲ αὐτὴν εὐπερικαλύπτως²¹ γυμνὴν δεικνύς τὴν ἀλήθειαν. Οὕτω μὲν οὖν, ὡς οἶμαι, τῆς θείας ὅλης Γραφῆς ὁ νοῦς εὐσεβῶς ἀμαλιζόμενος οὐδὲν δυσχερὲς ἢ ἀνώμαλον διὰ τῶν καθ' ἱστορίαν δοκουσῶν ἐναντιώσεων ἔχων δειχθήσεται. Πᾶς γὰρ τῶν ἀνέκαθεν ἀγίων κατὰ

¹ Joan. xxi, 25.

VARIÆ LECTIONES.

²¹ Rescribere ἀπερικαλύπτως.

(8) Greg. Naz. Or. funebr. in laudem Cas. fratris hab. cap. 21, p. 215, tom. i. Opp. ed. Bened.

τὸν ἀληθῆ λόγον τοῦ δι' αὐτοῦ μνησμένου τε καὶ A
 προτυπομένου μυστηρίου πρόδρομος ἦν, δι' ὧν ἔπα-
 σχέ τε καὶ ἔδρα καὶ ἔλεγε τὰ τούτων προκηρύττων
 ἀρχέτυπα. Διὸ καὶ ἀντ' ἀλλήλων ἀμέμπτως παραλαμ-
 βάνονται, καὶ πάντων ἅπαντες, καὶ ἕκαστος ἕκά-
 στοῦ, καὶ ἀντὶ τῶν ὑπ' αὐτῶν συγγραφεισῶν βιβλίων,
 καὶ ἀντ' αὐτῶν αἱ βιβλοὶ παρὰ τῆ συνηθείᾳ τῆς
 Γραφῆς προσαγορεύονται. Καὶ δηλοῖ τοῦτο σαφῶς
 τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην Ἠλίαν καὶ ποιῶν καὶ
 λέγων ὁ Κύριος, εἴτε διὰ τὴν ἴσιν τῆς ἀρετῆς ἔξιν,
 ὡς φασιν οἱ διδάσκαλοι, καὶ τὴν κατὰ νοῦν διὰ
 πάντων καθαρότητα, καὶ τὸ τῆς πολιτείας σύντανον,
 εἴτε διὰ τὴν ἐν ἀμφοτέροις ταυτότητα τῆς ἐν τῇ
 χάριτι δυνάμεως, (201 a) εἴτε καθ' ἕτερον λόγον
 ἀπόκρυφον, αὐτὸς ἂν εἰδείη ὁ λέγων ὡς Θεὸς, καὶ
 οἱ παρ' αὐτοῦ τὰ τοιαῦτα μυστήρια σοφίζόμενοι. Καὶ B
 πάλιν Μωϋσέα τὸν νόμον, καὶ προφήτας τὰς αὐτῶν
 προφητικὰς βίβλους, καλέσας, ἐν οἷς πρὸς τὸν ἐν
 τῇ γεένῃ βασανιζόμενον πλούσιον φήσαντα τὸν
 πατριάρχην εἰσήγαγεν Ἀβραάμ· Ἐχουσι Μωϋσέα
 καὶ τοὺς προφήτας, ἀκουσάτωσαν αὐτῶν, ἀντὶ
 τῶν ὑπ' αὐτῶν συγγραφεισῶν θείων βιβλίων αὐτοὺς
 ἐκείνους παραθέμενος, Μωϋσέα φημί καὶ τοὺς προ-
 φήτας. Καὶ θαυμαστὸν οὐδέν. Εἰ γὰρ εἰς ἔστιν ὁ δι'
 αὐτῶν καταγγελλόμενος, οἱ πάντες ὡς εἰς ὃν καταγ-
 γέλλουσι νοεῖσθαι δύνανται, καὶ ἀντὶ πάντων
 ἕκαστος καὶ πάντες πάντων εὐσεβῶς ἀντιπαραλαμβά-
 νεσθαι, τῶν τε διακονησαμένων τῷ κατὰ τὴν Παλαιάν
 Διαθήκην μυστηρίῳ καὶ τῶν πιστευθέντων τὸ
 κήρυγμα τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον χάριτος. Οὐκοῦν C
 ὡσπερ εἰς ὅλην οὔσαν τῆς Καινῆς Διαθήκης καὶ τῆς
 κατ' αὐτὴν λατρείας ὁ μέγας Βαπτιστὴς Ἰωάννης
 εὐσεβῶς παραλαμβάνεσθαι δύναται, οὕτω δικαίως
 εἰς ὅλην τὴν Καινὴν Διαθήκην καὶ τὴν κατ' αὐτὴν
 λατρείαν, πρόδρομον οὔσαν τῆς ἐν τῷ μέλλοντι
 αἰῶνι μυστικῆς τῶν ἀρρήτων ἀγαθῶν κρυφίότητος,
 καὶ Ἰωάννης ὁ μέγας ἀληθῶς εὐαγγελιστῆς ληφθῆ-
 ναι δύναται, ὡς πρόδρομος φωνῆ τοῦ μέλλοντος
 τρανώς λαλεῖσθαι θειοτέρου λόγου, καὶ εἰκῶν τῆς
 δειχθησομένης ἀληθείας. Σκιᾶ γὰρ καὶ εἰκῶν καὶ
 ἀληθεῖα τὸ καθ' ἡμᾶς ὄλον τῆς σωτηρίας σοφῶς
 ὠκονομήθη μυστήριον. Σκιᾶν γὰρ εἶχεν ὁ νόμος,
 ὡς φησὶν ὁ θεὸς Ἀπόστολος, τῶν μελλόντων ἀγα-
 θῶν, οὐκ αὐτὴν (201 b) τὴν εἰκόνα τῶν
 πραγμάτων, δι' ἧς τοῖς κατὰ νόμον οἰκειῶς ἑαυτοῖς D
 κατ' ἀμυδράν τινα τῶν ἀληθῶν ἔμφασιν πρὸς τὴν
 τοῦ Εὐαγγελίου παραδοχὴν ὁ λόγος ἐπαιδαγώγει. Τὸ
 δὲ Εὐαγγέλιον εἰκόνα κέκτηται τῶν ἀληθῶν, ὅλους
 ἔχον τρανώς ἀπεντεῦθεν ἤδη τοὺς τῶν μελλόντων
 ἀγαθῶν ὁμοιότητα κτησαμένους. Ἐτοίμους ὁ λόγος
 δι' ἐλπίδος καθίστησι τῇ παραδοχῇ τῆς τῶν ἀληθῶν
 ἀρχετυπίας ψυχοῦσθαι καὶ γενέσθαι ζώσας εἰκόνας
 Χριστοῦ, καὶ ταυτὸν αὐτῷ μᾶλλον κατὰ τὴν χάριν
 ἢ ἀφομοίωσιν, τυχόν δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος, εἰ μὴ
 φορτικῶς ὁ λόγος τισὶν εἶναι δοκεῖ. Ὡς πρόδρομος
 ἑαυτοῦ πρὸς τοῦ θεοφόρου διδασκάλου προσηγόρευται
 νῦν, ὡς ἑαυτὸν ἀναλόγως τοῖς ὑποδεχομένοις κατὰ

rum revera ejus quod ipse revelaret et præforma-
 ret mysterii præcursor erat, imagines per ea quæ
 patiebatur et agebat et dicebat horum exemplaria
 primigenia prænuntians. Quare etiam bene et præ-
 ter reprehensionem pro se invicem accipiuntur, et
 pro omnibus omnes et quisque pro quoque, etiam
 pro libris ab ipsis conscriptis, et pro ipsis libri in
 Scripturæ usu appellantur. Quod aperte manifestat
 Dominus Joannem baptistam Eliam et faciens et
 dicens ^m, sive propter parem virtutis habitum,
 ut discipuli dicunt, ac mentis per omnia purita-
 tem, propterque conversationis et vitæ æqua-
 litatem, sive ob identitatem utriusque in gratia po-
 testatis, sive de alia occulta ratione, ipse qui ut
 Deus locutus est sciverit, et qui talia ab eo mysteria
 edocti sunt. Atque iterum Moysen legem, et pro-
 phetas libros eorum propheticos appellans, ubi
 Abrahamum patriarcham ad divitem in gehenna
 afflictatum et vexatum introducit dicentem: *Habent
 Moysen et prophetas, audiant eos* ⁿ, pro libris ab eis
 conscriptis ipsos illos ponens, Moysen, inquam, et
 prophetas. Neque mirum hoc. Nam si unus est per
 eos prædicatus, universi tanquam unus quem præ-
 dicant intelligere, et pro universis singuli quique,
 et omnes pro omnibus, pie accipi possunt, qui Ve-
 teris Testamenti mysterio inservierunt et quibus
 Evangelii gratiæ prædicatio credita erat. Itaque ut
 magnus Joannes Baptista in totam Novi Testamenti
 ejusque cultus gratiam pie intelligi potest, ita jure
 in totum Novum Testamentum ejusque cultum,
 qui futuri ævi mysticæ ineffabilium bonorum oc-
 cultationis præcursor est, etiam Joannes magnus
 revera evangelista potest accipi, ut vox præcursor
 divini Sermonis aperte olim pronuntiandi, et
 simulacrum veritatis demonstrandæ. Umbra enim
 et simulacro et veritate totum salutis apud nos
 mysterium sapienter dispensatum est. *Umbra
 enim habebat lex*, ut dicit divinus Apostolus, *futu-
 rorum bonorum, non ipsum rerum simulacrum* ^o qua
 suo sibi sermo modo per obscuram quamdam veri-
 tatum significationem ad Evangelium accipiendum
 legis cultores instrueret. Evangelium autem simu-
 lacrum possidet veritatum, et totos aperte tenet
 hinc jam qui sibi futurorum bonorum similitudi-
 nem quæsiverunt. Præparat sermo per spem veri-
 tatum forma primigenia recepta animatum iri nos
 et vivas Christi fore imagines, imo idem quod ille
 potius per gratiam fore quam simulacrum, quia
 fortasse vel ipsum Dominum fore, nisi durius hæc
 dictum aliquibus videatur. Quemadmodum nunc
 præcursor sui ipsius a divino doctore appellatus
 est qui sese eis quæ et de Vetere et de Novo Testa-
 mento acceperat convenienter ostendisset, per æni-
 gmata et voces et imagines sui ipsius præcursor,
 πρακτικὴν τῆς ψυχῆς οἶόν τινα Πέτρον, τὸ δὲ θεωρη-
 τικὴν οἶόν τινα Ἰωάννην, ἀλλήλοις κατὰ τὸν λόγον
 ἔχων συντρέχοντα, δόξα τῆς θατέρου πρὸς τὸ ἕτερον
 ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως· καὶ πάλιν ἀλλήλοις
 κατὰ τὴν πρόθεσιν ἀντιτρέχοντα τῷ περὶ ἐκάτε-
 ρον ἄκρῳ παραδραμεῖσθαι θάτερον ὑπὸ θατέρου
 νομίζεται.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ· «Κἂν ὡς Θωμᾶς ἀπο-
 λειφθῆς τῶν μαθητῶν οἷς Χριστὸς ἐμφανί-
 ζεται, ἔταρ ἰδῆς, μὴ ἀπιστήσης. Κἂν
 ἀπιστήσης, τοῖς λέγουσι πιστεύσον. Εἰ δὲ
 μὴ τούτοις, τοῖς τύποις τῶν ἡλῶν πιστώ-
 θητι (54).»

Θωμᾶς ἐρμηνεύεται δίδυμος, ὁ ἐστὶ δισταγμὸς **C**
 ἢ δισταζὼν τοῖς λογισμοῖς, καὶ διὰ τοῦτο χωρὶς τῆς
 τῶν τύπων τῶν ἡλῶν ψηλαφήσεως μηδὲ πιστεύων
 γεγονέναι τοῦ Λόγου τὴν ἀνάστασιν. Θωμᾶς οὖν ἐστὶ
 πᾶς διστακτικὸς ἄνθρωπος τὴν τοῦ ἐν αὐτῷ Λόγου
 τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως (252 a) γίνεσθαι
 δυσκόλως πιστεύων ἀνάστασιν, ὄντινα μόνον αἱ
 μνῆμαι τῶν προγεγονότων ἀμαρτημάτων, ἀπαθῶς
 τυπούμεναι κατὰ διάνοιαν, πείθουσι τοῦ ἐν αὐτῷ
 θείου Λόγου δέξασθαι τὴν ἀνάστασιν, καὶ ὁμολογή-
 σαι αὐτὸν Κύριον καὶ Θεόν· Κύριον μὲν ὡς τῆς
 κατὰ πράξιν τελειότητος νομοθέτην, Θεὸν δὲ ὡς τῆς
 κατὰ τὴν θεωρίαν παντελοῦς μυσταγωγίας ὑφηγητήν.
 Ἀπαθῆς δὲ μνήμη ἐστὶ τῶν προγεγεννημένων τύ-
 πωσις ἢ χωρὶς ἡδονῆς καὶ λύπης περὶ πράξιν καὶ **D**
 Λόγον ἐγγινομένη τῇ ψυχῇ περὶ τῶν ἰδίων ἔργων ἢ
 νοημάτων διάγνωσις, τύπους, ἀλλ' οὐ τρήσεις ἔχουσα
 τῶν τραυμάτων διὰ τὴν ἐγγενομένην ἀπάθειαν συν-
 ουλωθέντων.

**Ἄλλο θεώρημα εἰς τὸ αὐτό.*

Ἡ πάλιν ἡλοι τυγχάνουσιν οἱ κατὰ τὴν πρακτι-
 κὴν φιλοσοφίαν τρόποι τῶν ἀρετῶν, προσηλωμένην
 μετὰ πόνου τῷ θεῷ φόβῳ κρατοῦντες τῆς ψυχῆς

¹ Joan. xx, 25 sq.

(54) Idem ibid., cap. 24, p. 364, tom. I Opp. ed. Bened.

A atque puram cordis inde sinceritatem a Domino
 diligitur, cuique propterea thesauri sapientiae et
 cognitionis sunt crediti, et qui ad pectus reclinando
 ex ipsa Sermonis occulta divinitate theologiae vir-
 tutem refert. Occurrunt autem hi sibi invicem, dum
 hic secundum actionem virtute institutam alterius
 contemplationem vincere studet, ille secundum
 gnosticam contemplationem alterius actionem an-
 tevertere properat. Concurrunt vero sibi invicem
 secundum propositionem, dum uterque ex aequo
 circa proprium bonum felici rerum successu uti-
 tur.

Altera in eosdem contemplatio.

Petrus vero rursus est, et Joannes, omnis homo
 qui Deo appropinquare meruit, quique practicum
 animae studium ad Petri instar, contemplativum
 vero ad Joannis instar, invicem sibi secundum ser-
 monem concurrentia habet, nullo alterius praë
 altero excessu aut defectu. Atque rursus eadem
 sibi invicem secundum propositionem occurrentia
 creduntur, cum uterque utrumque sua antevertat
 excellentia.

Ex eodem, in illud: «Quod si Thomæ instar a cœtu
 discipulorum, quibus apparuit Christus, abfueris,
 posteaquam videris, ne rei fidem abroges. Quod si
 id tibi fidem non facit, narrantibus saltem crede.
 Si ne quis quidem, at certe clavorum impressioni-
 bus fidem habe¹.»

Thomas explicatur geminus, quod est dubitatio
 vel dubitans mente, et propterea clavorum impres-
 sionibus non contrectatis nec resurrexisse Sermo-
 nem credens. Thomas igitur est omnis homo in
 dubitationem proclivis qui Sermonis virtutis atque
 cognitionis quem in semetipso habet haud faciliè
 credit futuram esse resurrectionem, cui peccato-
 rum solum antea factorum monumenta, sine affectu
 in mente impressa, divini in semetipso Sermonis
 resuscitationem futuram esse persuadent ut credat,
 atque ut cum Dominum ac Deum esse accipiat;
 Dominum quidem ut practicae, quam dicimus, per-
 fectionis legislatorem, Deum vero ut contempla-
 tivæ ac plenæ initiationis deductorem. Monumen-
 tum vero affectu carens est ante factorum impressio
 quod menti sine voluptate ac dolore circa actio-
 nem et Sermonem insidet priorum factorum aut
 cogitatorum iudicium, impressiones, at non perfo-
 rationes vulnerum habens, quæ propter affectuum
 absentiam in cicatrices coiverunt.

Alia in idem contemplatio.

Vel rursus clavi sunt virtutum secundum pra-
 cticam philosophiam modi, animæ affectum ti-
 moris Dei clavis affixum cum labore tenentes,

quos cognitionis rationes nulli passioni obnoxiae et simplices et ineffabiles excipiunt atque divini Sermonis secundum animæ deificationem quæ huic contigit resurrectionem propalant, et fide testificatum denuntiant divini quasi habitus statum illum passionis expertem: quam qui non passus est, nec alii unquam de ea narranti crediderit, uti nec Thomas apostolis hanc resurrectionem passis cum narrarent serius credidit quæ patiendi eam ipse esset expertus.

Ex eodem sermone, in illud: « Si in infernum descendat, simul ascende. Ea quoque mysteria cognoscere quæ Deus illic designavit, quæ duplicis descensus sit ratio. »

Spiritualis homo ubique inviolatum existere Dei Sermonem videns per contemplationem eum sequitur, providentiæ universalis cum intelligentia percipiens artem. Sic etiam in infernum descendentem Sermoni comes est, non mali causa videlicet, sed ad investigandum et discendum Dei ad inferos descensus mysterium, et ad cognoscendam eorum quæ illic fiunt atque perficiantur admirandam rationem.

Alia in idem contemplatio.

Vel rursus, cum infernum omne peccatum sit, quod tenebrosam et deformem et perditam reddat animam ab ipso obsessam, is qui de affectibus disputat Sermonem doctrinæ in infernum descendentem comitatur, dum virtutem ab singulis nequitias mortificatam Sermone vivificat et in resurrectionem deducit, et vincula status materiæ obnoxii animarum fortiter Sermone rumpit. Ratio autem duplicis descensus secundum promptam interpretationem est, ad primum quidem propositum, ut cum corporibus animas fide et casta conversatione in terra salvas facere, et postquam Sermo in infernum descenderit, sine corporibus animas eorum qui ante sint mortui per solam fidem conservare possit: ad secundum vero propositum, quod nequitiae habitus et actio ab Sermone accipiat ad virtutem et cognitionem redeundi facultatem.

Ex eodem sermone, in illud: « Si in caelos ascendat, simul ascende. Comitantibus vel excipientibus angelis te adjuuge: portis ut levantur impera. »

Qui propter abundantiam cognitionis ac Spiritus sancti uberiores participationem satis, quoad ejus fieri potuit, penetravit rationem providentiæ, et artem ejus comprehendit, is cum Sermone in caelos ascendentem de terra una ascendit, omnium eorum quibus providetur, tam visibilium quam invisibilium, natura cum rationibus suis gnostice pene-

(53) Idem *ibid.*, cap. 24, p. 864, tom. I. Opp. ed. Bened.

Α τὴν διάθεσιν, οὗς οἱ ἀπαθείς καὶ ἀπλοὶ καὶ ἀρόρητοι τῆς γνώσεως διαδεξάμενοι λόγοι διαπύσιον βοῶσι τὴν κατὰ τὴν θέωσιν τῆς ψυχῆς γενομένην αὐτῆ τοῦ θεοῦ Λόγου ἀνάστασιν, πιστῶς μαρτυροῦσαν προδεικνύοντες τῆς θεοειδοῦς ἕξεως τὴν ἀπάθειαν· ἦν ὁ μὴ παθῶν οὐδ' ἄλλω ποτὲ ἀφηγουμένῳ περὶ αὐτῆς πιστεύσειεν, ὡσπερ οὐδὲ θωμάς ταύτην παθοῦσι τὴν ἀνάστασιν τοῖς ἀποστόλοις, πρὸ τῆς διὰ τοῦ παθεῖν πείρας ἐπίστευσε λέγουσιν.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Ἄν εἰς ἄδου κατή, συγκάτελθε. Γνωθὶ καὶ τὰ ἐκεῖ τοῦ θεοῦ μυστήρια τίς ὁ λόγος τῆς διπλῆς καταβάσεως (55). »

Β Ὁ πνευματικὸς ἄνθρωπος πανταχοῦ γινώσκων ἀχράντως ὑπάρχειν τὸν τοῦ θεοῦ Λόγον ἔπεται διὰ θεωρίας αὐτῷ, τῆς ἐπὶ πάντα προνοίας μετὰ συνέσεως τὴν ἐπιστήμην δρεπόμενος. Οὕτω καὶ εἰς ἄδου κατερχομένῳ τῷ Λόγῳ συγκάτευσιν, οὐκ ἐπὶ κακῷ δῆλον, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἐρευνῆσαι καὶ μαθεῖν τὸ μυστήριον τῆς εἰς τὸν ἄδην τοῦ θεοῦ καταβάσεως, καὶ τῶν ἐκεῖσε γινομένων τε καὶ ἐπιτελουμένων τῶν ὑπερφυσῶν διδαχθῆναι λόγον.

(252 b) Ἄλλο θεώρημα εἰς τὸ αὐτό.

Ἡ πάλιν, ἐπειδὴ ἄδης ἐστὶ πᾶσα ἀμαρτία, ζοφερὰν καὶ ἀειδῆ καὶ διεφθαρμένην τὴν ὑπ' αὐτῆς κρατούμενην ἀπεργαζομένη ψυχὴν, ὁ περὶ παθῶν διαλεγόμενος εἰς ἄδην κατιόντι τῷ Λόγῳ τῆς διδασκαλίας συγκάτευσιν, τὴν ὑφ' ἐκάστης κακίας νεκρωθεῖσαν ἀρετὴν διὰ τοῦ Λόγου ζωοποιῶν καὶ εἰς ἀνάστασιν ἄγων, καὶ τὰ δεσμὰ τῆς ὑλικῆς προσπαθείας τῶν ψυχῶν, ἀνδρικῶς τῷ Λόγῳ συνδιάρρησων. Λόγος δὲ τῆς διπλῆς καταβάσεως κατὰ τὸν πρόχειρον νοῦν ἐστὶ, πρὸς μὲν τὴν πρώτην ἐπιβολὴν, τὸ καὶ μετὰ σωμάτων ψυχὰς σώζειν διὰ πίστεως καὶ ἀγωγῆς βίου καθαρᾶς, ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ χωρὶς σωμάτων εἰς τὸν ἄδην κατελθόντα τὸν Λόγον τὰς ἐκεῖσε τῶν προτετελευτηκότων ψυχὰς διὰ μόνης περιποιεῖσθαι τῆς πίστεως δύνασθαι· πρὸς δὲ τὴν δευτέραν ἐπιβολὴν, τὸ καὶ τὴν ἕξιν τῆς κακίας καὶ τὴν ἐνέργειαν ὑπὸ τοῦ Λόγου δέχεσθαι τὴν πρὸς ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ἐπάνοδον.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Κἂν εἰς οὐρανοὺς ἀνίη, συνάνελεθε. Γενοῦ μετὰ τῶν παραπεμπόντων ἀγγέλων ἢ τῶν δεχομένων· ἀρθῆναι ταῖς πύλαις διακέλευσαι. »

Ὁ διὰ πολλὴν περιουσίαν γνώσεως καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου πλουσίαν μετοχὴν τὸν περὶ προνοίας ἀρχοῦντως κατὰ τὸ δυνατόν περαιώσας λόγον, καὶ τὴν κατ' αὐτὸν ἐπιστήμην περιλαβὼν εἰς οὐρανοὺς ἀπὸ γῆς ἀνιόντι τῷ Λόγῳ συνάνευσιν, τὴν πάντων τῶν προνοουμένων φύσιν, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, μετὰ τῶν κατ' αὐτὴν λόγων γνωστικῶς

(56) Idem *ibid.*, cap. 25, p. 865, tom. I. Opp. ed. Bened.

διαπεράσαι, καὶ εἰς τὴν οὐδ' ὄλωσεν τὴν οἰανοῦν φορὰν ἢ κίνησιν ἔχουσαν, πρὸς ἣν ἠπειγέτο μάλιστα, διὰ παντὸς λόγου τε καὶ τρόπου λήξιν ἀναληφθεὶς, ἀπὸ τῶν παραπεμπόντων ὡσπερ ἀγγέλων τινῶν τῶν ἐν τοῖς οὔσι τῆς προνοίας λόγων ἐπὶ τὴν τῶν ὑποδεχομένων ἀρρήτων τῆς θεολογίας λόγων τε καὶ μυστηρίων χώραν ἀναγόμενος, (253 a) καὶ ταῖς κατὰ μέρος ἀναβάσεσιν ὑψηλοτέρας ποιῶν πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ θεαρχικωτάτου Λόγου, τὰς νοεράς τῆς ψυχῆς πόλεις.

Ἄλλο θεώρημα εἰς τὸ αὐτό.

Καὶ ἐτέρως δὲ πάλιν ἀνιόντι τῷ λόγῳ συνάνεισιν ὁ ἀπὸ τῶν κατ' ἀρετὴν τρόπων τῆς πρακτικῆς φιλοσοφίας ὡσπερ ἀπὸ τινος γῆς εἰς τινὰς οὐρανοὺς τοὺς κατὰ θεωρίαν πνευματικοὺς τῆς γνώσεως τῷ ἀνατακτικῶς ἔλκοντι θεῷ συνυφόμενος Λόγῳ.

Ἄλλο θεώρημα εἰς τὸ αὐτό.

Καὶ μυστικώτερον ἔτι περὶ τούτων εἰπεῖν, ὁ δυνάμενος ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν οἰκονομίαν γνώσεως, ἀφ' ἧς ὁ τῆς σαρκὸς τοῦ Λόγου κόσμος γέγονε παρὰ τῷ Πατρὶ, εἰς τὴν τῆς πρὸ τοῦ τὸν κόσμον τῆς τοῦ Λόγου σαρκώσεως εἶναι παρὰ τῷ Πατρὶ ὁδῆς ἐννοιαῖν ἀναχθῆναι, κατὰ ἀλήθειαν οὕτως συναντῆθαι εἰς οὐρανοὺς τῷ δι' αὐτὸν ἐπὶ γῆς καταλθόντι Θεῷ καὶ Λόγῳ, πληρώσας τῆς ἀνθρώποις χωρητικῆς κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον γνώσεως τὸ μέτρον, καὶ γενόμενος τοσοῦτον Θεὸς ὅσον ἐκεῖνος ἄνθρωπος, τῷ ὑψωθῆναι τοσοῦτον ταῖς θεαῖς ἀναβάσει διὰ τὴν Θεὸν, ὅσον διὰ τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς πρὸς τὸ ἔσχατον τῆς ἡμετέρας φύσεως ἑαυτὸν ἀτρέπτως κενύσας κατελήλυθεν.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ εἰς τὴν Καινὴν Κυριακὴν Λόγου, εἰς τὸ « Ἐγκαινίζεται δὲ ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου, καὶ λίαν πολυτελῶς, ἦν Θεὸς παρέδειξε, καὶ Βεσελεὴλ ἐτελείωσε καὶ Μωϋσῆς ἐπέτατο (57). »

Κολύτροπον ὄντα τὸν κατὰ τὴν σκηνὴν ἀναγωγικὴν τῆς θεωρίας λόγον ἐπὶ τοῦ παρόντος ὡς ἔλαβεν αὐτὸν ὁ διδάσκαλος καὶ ἡμεῖς θεωρήσωμεν αὐτόν. Σκηνὴ τοιγαροῦν τοῦ μαρτυρίου ἢ μυστηριώδης ἐστὶν οἰκονομία τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου σαρκώσεως, ἣν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ εἰδοκῆσας παρέδειξε, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ σοφοῦ Βεσελεὴλ πραγματοποιούμενον συνεργῆσαν ἐτελείωσε, καὶ ὁ ναητὴς Μωϋσῆς ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς μονογενὴς Υἱὸς αὐτοῦργησε, τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἢν ἑαυτῷ πηξάμενος ἐνώσει τῇ κατ' ὑπόστασιν.

Ἄλλο εἰς τὸ αὐτὸ θεώρημα.

Πλὴν ὅτι καὶ τῆς ὅλης κτίσεως νοητικῆς τε καὶ αἰσθητικῆς ἐστὶν εἰκὼν ἡ σκηνή, ἣν ὁ Θεὸς καὶ Πα-

« Exod. xxxvi, 1 et passim.

(57) Idem. Op. in Noxam Dominicam, cap. 2, p. 836, tom. I Opp. edit. Bened.

PATROL. GR. XLI.

trata, atque in statum cessationis omnino quiescente impetu et motu carentem, quo maxime properabat, per omnem rationem ac modum assumptus, a comitantibus veluti angelis quibusdam providentiæ in rebus existentibus rationibus ad exceipientium ineffabilium theologiæ rationum ac mysteriorum regionem subductus, et singulis quibusque gradatim ascensionibus magis in sublime levans intellectuales animæ portas ad Sermonem recipiendam divinam.

Alia in idem contemplatio.

Atque aliter rursus Sermonem comitatur ascendentem qui a practicæ philosophiæ secundum virtutem modis quasi a terra quadam in cœlos quosdam secundum contemplationem spirituales cognitionis una cum Sermone divino in sublime evahitur.

Alia in idem contemplatio.

Atque ut etiam magis mystice de his dicam, qui a cognitione secundum dispensationem, unde carnis Sermonis mundus apud Patrem factus est, in cogitationem gloriæ, antequam mundus Sermonis incarnati apud Patrem fuerit evehi potest, is revera una in cœlos ascendit cum Deo ac Sermone, qui ipsius causa in terram descenderat, cognitionis qui hoc ævo hominibus concessus est modulo impleto, in tantum factus Deus, in quantum ille homo, eo quod in tantum divinis ascensionibus Dei causa est exaltatus, in quantum hominis causa Deus ad nostræ naturæ usque extremitatem exinanitus, sed nullam immutationem passus, devenerat.

Ejusdem ex sermone in Noxam Dominicam, in illud: « Innovatur vero tabernaculum testimonii, et quidem magnificis sumptibus, quod Deus ostendit, et Beseleel confecit, et Moyses fixit. »

Mysticam de tabernaculo contemplationis rationis varietatem impræsentiarum quomodo interpretatus sit doctor, nos quoque contempnemur. Tabernaculum igitur testimonii mysticum est Dei Sermonis incarnationis consilium, quod Deus probans ostendit atque sanctus Spiritus per sapientem Beseleel præformatum adjuvans perfecit, et intellectualis Moyses Dei ac Patris unigenitus Filius per sese operatus est, cum humanam naturam substantiali unitione in se linxit.

Alia in idem contemplatio.

Sed etiam universæ conditionis et intellectualis et sensibilis imago est tabernaculum, quod Deus

et Pater tanquam mens cogitavit, et Filius tanquam sermo operatus est, et Spiritus sanctus perfecit. Atque rursus visibilis solius naturæ ac solius hominis ex corpore et anima constantis, et solius rursus animæ quam per seipsam contemplatur sermo, imago tabernaculum est, spectatum videlicet secum dum rationem unicuique convenientem.

Ex eodem sermone, in illud : « Innovatur autem regnum David, neque id semel, sed prius cum ungeretur, ac postea cum rex salutaretur v. »

Pari modo magnum Davidem quoque prophetam atque regem, Augusto spiritualis sensus ac mystici romine ornatum, quo cum in præsentis loco magister contemplatus est, nos quoque accipiamus. David igitur intellectualis est verus rex Israelis et Deum videntis Jesus Christus, pro priore quidem suo adventu humanitatis opinione unctus, ut doctor alibi ait, humanitatem ungens deitate, et faciens quod unguentum : pro altero vero et præclaro adventu, ut Deus et Dominus atque omnis conditionis rex et existens et appellatus.

In præsentem sermonem sunt qui quærent dicentes : « Quid tandem dicens magister resurrectionis diem superare omnes super terram festivitates, non solum humanas et in terra futuras, sed jam vel quæ ipsius Christi sint et in Christo consummentur, veluti suæ ipsius oblitus sententiæ, encarniorum diem huic præponit, dicens : « Sublimi sublimior, et admirabili admirabilior, » adeo ut hinc sibi ipsi adversarii magister videri possit. »

Ad hæc dicendum est, quod ipse magister in eodem sermone interjectis quibusdam dicit : « Non vult sermo ut in eodem semper statu maneat, sed ut perpetuo ac laudabili motu agiteris, ac nova prorsus creatura sis. » Ut igitur innovatum se ipso sublimiorem atque Dei magis similem profectibus ad virtutem expurgatum fieri animadvertimus, sic jam omnem quoque quameunque cogitamus festi diem in nobis ac per nos semetipsa sublimiorem fieri credere debemus, cum mysterium quod per eam significatur propriam suam in nobis virtutem ad perfectionem agat. Recte igitur sublimi sublimiorem novam magister dixit Dominicam, quoniam eadem semper nobiscum una exaltetur seque ipsam transgrediatur. Quippe resurrectionis, id est prima, Dominica occulte per suum my-

v II Reg. II, 4.

(58) Idem *ibid.*, cap. 2, p. 853, tom. I Opp. edit. Bened.

(59) Greg. Naz. Or. Theol. IV, de Filio, cap. 3, p. 511, tom. I Opp. edit. Bened.

Α τῆρ οἷα νοῦς ἐνενόησε, καὶ ὁ Υἱὸς οἷα λόγος ἐξημιούργησε, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐτελείωσε. (253 b) Καὶ αὐθις τῆς αἰσθητῆς μόνης φύσεως, καὶ μόνου τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ἐκ ψυχῆς ὄντος καὶ σώματος, καὶ μόνης αὐτῆς ψυχῆς καθ' ἑαυτὴν τῷ λόγῳ θεωρουμένης, ἐστὶν εἰκὼν ἢ σκηνή, κατὰ τὸν ἐκάστην πρόποντα ἐτλαδῆ θεωρουμένη λόγον..

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ : « Ἐγκαινίζεται δὲ ἡ βασιλεία Δαβὶδ, καὶ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ χρισμένου τοῦ πρότερον, καὶ ἀκατορευομένου τοῦ δευτέρου (58). »

Ὁμοίως καὶ τὸν μέγαν Δαβὶδ τὸν προφῆτην καὶ βασιλέα, πολύσεμον ἔχοντα τὸν ἐπ' αὐτῷ τῆς ἀναγωγῆς λόγον, καθ' ὃν ἐπὶ τοῦ παρόντος αὐτὸν ὁ διδάσκαλος ἐθεώρησε, καὶ ἡμεῖς ἐκδεξώμεθα. Δαβὶδ τοίνυν ἐστὶ νοητὸς ὁ ἀληθινὸς βασιλεὺς τοῦ Ἰσραὴλ καὶ ὁρῶντος Θεὸν Ἰησοῦς Χριστὸς, κατὰ μὲν τὴν πρώτην αὐτοῦ παρουσίαν, τῇ ἐπινοίᾳ τῆς ἀνθρωπότητος χρισόμενος, ὡσπερ ἀλλαγῆς φησὶν ὁ διδάσκαλος, χρίσας τὴν ἀνθρωπότητα τῇ θεότητι, καὶ ποιήσας ὅπερ τὸ χρίσαν κατὰ δὲ τὴν δευτέραν αὐτοῦ καὶ ἔνδοξον ἐπιφάνειαν, ὡς Θεὸς καὶ Κύριος καὶ πάσης κτίσεως βασιλεὺς, καὶ ὑπάρχων καὶ ἀναγορευόμενος (59).

Εἰς τὸν παρόντα λόγον τινὲς ἀποροῦσι φάσκοντες, « Τί δήποτε φήσας ὁ διδάσκαλος ὑπερβαίνει τὴν ἀναστάσιμον ἡμέραν πάσας τὰς ἐπιγῆς ἑορτάς, οὐ τὰς ἀνθρωπικὰς μόνον καὶ χαμαὶ ἐρχομένας, ἀλλ' ἤδη καὶ τὰς αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ ἐπ' αὐτῷ τελουμένας, ὡσπερ ἐπιλαθόμενος τῆς ἰδίας ἀποφάσεως, τὴν τῶν ἐγκαινίων ἡμέραν ταύτης ὑπερτίθησιν εἰπὼν. « Ὑψηλῆς ὑψηλοτέρα, καὶ θαυμασίας θαυμασιωτέρα, ὡς ἐκ τούτου νομισθῆναι ἐαυτῷ περιπίπτειν τὸν διδάσκαλον (60). »

Πρὸς ταῦτα λεκτέον, ὡς αὐτὸς ὁ διδάσκαλος ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ (254 a) μετὰ τινὰ φησιν : « Οὐ βούλεται σε ὁ λόγος ποτὲ ἐν τῷ αὐτῷ μένειν, ἀλλ' ἀεὶ κινητὸν εἶναι, εὐκίνητον, πάντως νεόκτιστον (61). » Ὡσπερ οὖν τὸν ἐγκαινιζόμενον ὑψηλότερον ἑαυτοῦ γίνεσθαι καὶ θεοειδέστερον ταῖς εἰς ἀρετὴν προκοπαῖς παιδρυνόμενον γινώσκωμεν, οὕτω δὲ καὶ πᾶσαν δι' ἡμᾶς ἐπινοηθεῖσαν ἑορτῆς ἡμέραν ἐν ἡμῖν καὶ δι' ἡμῶν ἑαυτῆς ὑψηλοτέραν γίνεσθαι πιστεύειν ἡμᾶς χρὴ, τοῦ δι' αὐτῆς σημαινομένου μυστηρίου τὴν οἰκείαν δύναμιν ἐν ἡμῖν πρὸς τελείωσιν ἄγοντος. Εἰκότως οὖν ὑψηλῆς ὑψηλοτέραν τὴν καινὴν ὁ διδάσκαλος ἔφη Κυριακὴν, ὡς ἀεὶ τῆς αὐτῆς ἡμῖν συνουφουμένης, καὶ ἑαυτὴν ὑπερβαινούσης : οἷα τῆς ἀναστάσεως, λέγω δὲ τῆς πρώτης Κυριακῆς, κρυφίως διὰ τοῦ κατ' αὐτὴν μυστηρίου πάσης προσύλου

(60) Greg. Naz. Or. in Nov. Dominicam, cap. 5, p. 838, tom. I Opp. edit. Bened.

(61) Idem *ibid.*, cap. 8, p. 840, tom. I Opp. edit. Bened.

μόνον φαντασίας παντάπασι καθαρύουσαν ζωὴν ἁ-
δωρουμένης τοῖς οὕτω τὸ κατ' αὐτὴν πνευματικῶς
ἐπιτελοῦσι μυστήριον, τῆς δὲ νέας Κυριακῆς πρὸς
τούτοις καὶ πάσης αὐτοὺς ἐν μετουσίᾳ ποιούσης τῆς
ῶν ἢ πρὸ αὐτῆς ἀπήρξατο θεῶν ἀγαθῶν ἀπολαύ-
σεως.

Ἄλλο θεώρημα εἰς τὸ αὐτό.

Εἰ δὲ τῷ ⁴⁶ πιστὸν εἶναι δοκεῖ τὸ λεγόμενον, φασὶ
τὴν μὲν πρώτην Κυριακὴν τύπον εἶναι τῆς κατὰ τὴν
π. οαίρεσιν εἰς ἀρετὴν ἀναστάσεως, τὴν δὲ δευτέραν
τῆς κατὰ προαίρεσιν ἕξεως εἰς γνῶσιν τελειότη-
τος.

Ἄλλο θεώρημα εἰς τὸ αὐτό.

Καὶ αὖθις τὴν μὲν πρώτην Κυριακὴν τῆς μελλού-
σης φυσικῆς ἀναστάσεως καὶ ἀφθαρσίας εἶναι σύμ-
βολον, τὴν δὲ δευτέραν τῆς κατὰ χάριν μελλούσης
θεώσεως φέρειν εἰκόνα. Εἰ τοίνυν τῆς μὲν καθάρ-
ρευούσης κακῶν ἕξεως ἢ τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύσεως ἐστὶ
τιμιωτέρα, τῆς δὲ κατ' ἀρετὴν ὑγιούς προκίρσεως
ἕξις τῆς κατὰ τὴν ἀληθῆ γνῶσιν τελειότητος, καὶ τῆς
φυσικῆς ἀφθαρσίας ἢ ἐν χάριτι πρὸς τὸν Θεὸν κατὰ
τὴν θέωσιν μεταποίησις, ὧν ἡ μὲν πρώτη Κυριακὴ
φέρει τύπον, (254 b) ἢ δὲ δευτέρα τυγχάνει σύμ-
βολον, εἰκότως ὑψηλῆς ὑψηλοτέραν ἀγόμενος πνεύ-
ματι, τὴν καινὴν ὁ διδάσκαλος ἔφη Κυριακὴν.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Μισῶ καὶ τὴν δι' **C**
ἀέρος συνήθειαν (62). »

Πρὸς γυναῖκας, καὶ μάλιστα τὸν μονήρη βίον ἐπ-
ανηρημένας, πολλὴν περὶ κατορθώσεως ἠθῶν ἀπο-
τείνας λόγον δι' ἐμφάσεως ὁ διδάσκαλος ἠπίως, οἶμαι,
παραινεῖ, μὴ δεῖν τὰς ἀσχοιμένας οἴκοθεν θυρίσι
κατοπτεῦσιν τινὰ παντελῶς, καὶ μάλιστα τοὺς παρ-
ιόντας, ὡς ἂν μὴ λάβοιεν κέντρα θανάτου διὰ τῆς
ἀκαίρου θεωρίας.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ εἰς τὴν ἁγίαν Πεντηκοστὴν
λόγου, εἰς τό· « Μιᾶς δεούσης ἡμέρας, ἣν ἐκ
τοῦ μέλλοντος αἰῶνος προσειλήψαμεν, ὀρθόνη **D**
τε εὔσαν τὴν αὐτὴν καὶ πρώτην, μᾶλλον δὲ
μίαν καὶ ἀκατάλυτον. Δεῖ γὰρ ἐκεῖσε καταλῆξαι
τὸν ἐνταῦθα σαββατισμὸν τῶν ψυχῶν (63). »

Ὁ ἑπτὰ κατὰ τὴν ἁγίαν Γραφήν, ὡς μὲν ἀριθμὸς
μόνον λαμβανόμενος, πολλὴν ἔχει φυσικῶς τὴν ἐπ' αὐ-
τῷ κειμένην τῶν φιλοπονούντων τὰ θεῖα μυστικὴν
θεωρίαν. Σημαίνει γὰρ καὶ χρόνον, καὶ αἰῶνα, καὶ
αἰῶνας, κίνησιν τε καὶ περιοχὴν καὶ μέτρον, καὶ
ὄρον, καὶ πρόνοιαν, καὶ ἕτερα πολλά, κατὰ τὸν ἐκά-
στου λόγον καλῶς θεωρούμενος. Ὡς ἀνάπαυσις δὲ
μόνον σκοπούμενος, καὶ οὕτω πολλὴν ἔχει τὴν ἐπ'

sterium eis qui hoc spiritualiter celebrant vitam
solum ab omni quod materiae adhæret ludibrio et
vanitate liberam donat, nova vero Dominica in-
super divinorum bonorum plene fruendorum eos
in consortium deducit, quorum bonorum primi-
tias illa prior obtulerat.

Alia in idem contemplatio.

Sed si cui fida videtur interpretatio, primam
Dominicam dicunt imaginem esse voluntariæ in
virtutem resurrectionis, alteram vero voluntarii
habitus in cognitionem consummati.

B

Alia in idem contemplatio.

Atque rursus primam Dominicam naturalis quæ
futura est resurrectionis et incorruptibilitatis esse
symbolum volunt, alteram vero ferre imaginem
deificationis quæ secundum gratiam futura est.
Quod si habitu a malis purgato præstat bonorum
fruitio, sana autem per virtutem voluntate præstat
habitus perfectæ per veritatem cognitionis, ac na-
turali incorruptibilitate præstat regeneratio in
gratia ad Deum quæ fit per deificationem, quarum
prior Dominica fert imaginem, altera vero est
symbolum, recte sublimi sublimiorem spiritu agi-
tatus doctor novam dixit Dominicam.

C

*Ex eodem sermone in illud: « Eam quoque fami-
liaritatem quæ per aerem contrahitur, odi ac de-
testor. »*

Ad mulieres, ac præsertim eas quæ solitariae vitæ
sese addixerunt, multa de corrigendis moribus
se convertens oratione ac tacite quid significans
doctor, uti videtur, leniter admonet, haudquaquam
licere eis quæ severiori vitæ regulæ astrinxerint
ex domibus per fenestras speculari quemquam, ac
præsertim prætereuntes, ne forte per interpesti-
vum conspectum mortis aculeos capiant.

D

*Ejusdem ex sermone in sanctam Pentecosten, in il-
lud: « Uno die excepto, quem ex futuro sæculo
assumpsimus, octavum eundem et primum, vel
ut rectius loquar, et sempiternum. Illic enim præ-
sens animarum nostrarum sabbatismus desinet
necesse est. »*

Septenarius secundum sacram Scripturam, ut
numerus solummodo si spectatur, multam natura-
liter in se collocatam habet eorum qui res divinas
gnaviter tractant mysticam contemplationem. Si-
gnificat enim et tempus, et sæculum, et sæculis,
motionem atque comprehensionem, et modulum,
et finem, et providentiam, et alia multa, quando
secundum uniuscujusque rationem bene spectatur.

VARIAE LECTIONES.

⁴⁶ Apographum habet Εἰ δὲ τῷ.

(62) Greg. Naz. *ibid.*, cap. 8, tom. I Opp. ed Bened.

(63) Idem *Orat. in Pentecosten.*, cap. 2, p. 752, tom. I Opp. edit. Bened.

Sed quando ut requies solum spectatur, vel sic multam continet in se cognitionem mystice explicatam. Sed ne singula persequendo molestum reddam et operosum sermonem, quod cæteris præstare videtur illustremus. Tres enim qui rerum divinarum periti sunt stataunt modos. Universa totius rationabilium essentialium generationis ratione continere videmus rationem existendi, bene existendi, et semper existendi, atque primam quidem, id est existendi, primum esse eis qui sunt essentialiter donatam, alteram eis de voluntate, utpote quæ propriæ motionis competes sunt, esse datam, tertiam denique, id est semper existendi, eis secundum naturam esse concessam. Atque primam quidem voluntatem esse facultatis, alteram actionis, tertiam virtutis conservatricem. Sic existendi ratio, quæ solum naturaliter habet actionis facultatem, ipsam plenissimam sine voluntatis proposito actionem nequaquam potest habere: ratio autem bene existendi, solum hanc de voluntate habens naturalis facultatis actionem, plenam facultatem sine natura prorsus non habet: semper existendi denique ratio earum quæ prægrediuntur generaliter circumcludens, unius quidem facultatem, alterius rationem, neque naturaliter omnino secundum facultatem inest in eis quæ existunt, neque profecto de necessitate prorsus voluntatis propositum sequitur (quomodo enim in eis quæ initium secundum naturam et finem et motionem habent potest inesse id quod semper existit atque initium et finem non habet?), sed terminus est, stabilem rediens naturam quidem secundum facultatem, voluntatem vero secundum actionem, neutrius prorsus secundum quam est commutans rationem; et omnibus omnia sæcula et tempora definens. Atque hæc est fortasse, uti videtur, illud Sabbatum mystice celebratum, et magnus de divinis operibus requiescendi dies *, quæ secundum Genesis scripturam neque initium neque finem neque generationem habere videtur, eorum quæ definitionis ac mensuræ expertia sunt post motionem eorum quæ in mensura definita sunt manifestatio, et infinita eorum quæ comprehendendi ac circumscribi non possunt post quantitatem eorum quæ comprehensa et circumscripta sunt identitas. Ut ut igitur voluntatis actio facultate naturæ utilitur, sive secundum naturam, sive contra naturam, bonæ aut miseræ existentie finem suscipiet eam habentem, quæ est sempiterna existentia, in qua Sabbatum celebrant animæ ab omni motione requiescentes. Octava et prima, vel potius una et non dissolvenda dies purus est, omniaque luce sua collustrans Dei adventus, qui post rerum motarum stationem evenit, et eis quidem qui existendi ratione secundum naturam voluntate fuerint usi, totus convenienter totis advenit, atque bonam existentiam sempiternam sui participatione et communione præbet ut

A αὐτῷ μυσταγωγουμένην γινώσκιν. Ἄλλ' ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον διεξιὼν φορτικὸν τὸν λόγον ποιήσωμαι, τὸ δοκοῦν ὑψηλότερον τῶν ἄλλων εἶναι γυμνάσωμεν. Τρεῖς γὰρ φασὶ τρόπους οἱ τῶν θεῶν ἐπιστήμονες. Ὁ σύμπας τῆς ὄλης τῶν λογικῶν οὐσιῶν γενέσεως ἔχων θεωρεῖται λόγος τὸν τοῦ εἶναι, τὸν τοῦ εὔ εἶναι, καὶ τὸν τοῦ ἀεὶ εἶναι, καὶ τὸν μὲν τοῦ εἶναι πρῶτον κατ' οὐσίαν δεδωρῆσθαι τοῖς οὐσι, τὸν δὲ τοῦ εἶναι δεύτερον δεδῶσθαι κατὰ προαίρεσιν αὐτοῖς ὡς αὐτοκινήτοις, τὸν δὲ τοῦ ἀεὶ εἶναι τρίτον αὐτοῖς κατὰ χάριν περιλοτιμῆσθαι. Καὶ τὸν μὲν πρῶτον δυνάμειως, (255 a) τὸν δὲ δεύτερον ἐνεργείας, τὸν δὲ τρίτον ἀρχίας εἶναι περιεκτικόν. Οἷον ὁ μὲν τοῦ εἶναι λόγος μόνην φυσικῶς ἔχων τὴν πρὸς ἐνέργειαν δύναμιν, αὐτὴν πληρεστάτην δίχα τῆς προαιρέσεως τὴν ἐνέργειαν ἔχειν οὐ δύναται παντελῶς· ὁ δὲ τοῦ εὔ εἶναι αὐτὴν μόνην γνωμικῶς ἔχων τῆς φυσικῆς δυνάμειως τὴν ἐνέργειαν, αὐτὴν ὀλόκληρον τὴν δύναμιν τὸ σύνολον χωρὶς οὐκ ἔχει τῆς φύσεως· ὁ δὲ τοῦ ἀεὶ εἶναι τῶν πρὸ αὐτοῦ καθ' ὅλου περιγράφων, τοῦ μὲν τὴν δύναμιν, τοῦ δὲ τὴν ἐνέργειαν, οὔτε φυσικῶς κατὰ δύναμιν τοῖς οὐσιν ἐνυπάρχει παντελῶς, οὔτε μὴν ἐξ ἀνάγκης τὸ παράπαν θελήσει προαιρέσεως ἔπεται· πῶς γὰρ τοῖς ἀρχὴν κατὰ φύσιν καὶ τέλος κατὰ κίνησιν ἔχουσιν οἷόν τε ἐνεῖναι τὸ ἀεὶ ὄν καὶ ἀρχὴν καὶ τέλος οὐκ ἔχον; ἀλλ' ὄρος ἐστὶ, στάσιμον ποιῶν τὴν μὲν φύσιν κατὰ τὴν δύναμιν, τὴν δὲ προαίρεσιν κατὰ τὴν ἐνέργειαν, οὐδ' ἑτέρας ἀμείβων παντάπασι τὸν καθ' ὄν ἐστὶ λόγον, καὶ πᾶσι πάντας αἰῶνάς τε καὶ χρόνους ὀρίζων. Καὶ τοῦτό ἐστιν, ὡς οἶμαι, τυχὸν τὸ μυστικῶς εὐλογημένον Σάββατον, καὶ ἡ μεγάλη τῆς τῶν θεῶν ἔργων καταπαύσεως ἡμέρα, ἥτις, κατὰ τὴν γραφὴν τῆς κοσμογενείας, οὔτε ἀρχὴν, οὔτε τέλος, οὔτε γένεσιν ἔχουσα φαίνεται, ἡ μετὰ πῆν τῶν ἐν μέτρῳ διωρισμένων κίνησιν τῶν ὑπὲρ ὄρον καὶ μέτρησιν ἔκφανσις, καὶ ἡ μετὰ τὴν τῶν κεχωρημένων καὶ περιγεγραμμένων ποσότητά τῶν ἀχωρήτων καὶ ἀπεριγράφων ἀπειρος ταυτότης. Ὡς ἂν οὖν ἡ κατὰ προαίρεσιν ἐνέργεια χρήταισθαι τῇ δυνάμει τῆς φύσεως, εἴτε κατὰ φύσιν, εἴτε παρὰ φύσιν, τὸ εὔ ἢ τὸ φεῦ εἶναι τὸ πέρασ αὐτὴν ἔχουσαν ὑποδέξεται, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἀεὶ εἶναι, ἐν ᾧ σαββατίζουσιν αἱ ψυχαὶ, πάσης λαθῆναι παῦσαν κινήσεως. Ὅγδοη καὶ πρώτη, μᾶλλον δὲ μία καὶ ἀκατάλυτος ἡμέρα (255 b) ἡ ἀκραϊφνὴς ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ παμφανῆς παρουσίας, μετὰ τὴν τῶν κινουμένων στάσιν γινομένη, καὶ τοῖς μὲν τῷ τοῦ εἶναι λόγῳ κατὰ φύσιν προαιρετικῶς χρησαμένοις, ὅλου προστηκόντως ὅλοις ἐπιδημοῦντος, καὶ τὸ ἀεὶ εὔ εἶναι παρέχοντος διὰ τῆς οικείας μετοχῆς, ὡς μόνου κυρίου καὶ ὄντος καὶ ἀεὶ ὄντος καὶ εὔ ὄντος, τοῖς δὲ παρὰ φύσιν τῷ τοῦ εἶναι λόγῳ γνωμικῶς χρησαμένοις, ἀντὶ τοῦ εὔ τὸ ἀεὶ φεῦ εἶναι κατὰ τὸ εἰκὸς ἀπονέμοντος, ὡς οὐκ ὄντος αὐτοῖς λοιπὸν χωρητοῦ τοῦ εὔ εἶναι, ἐναντίως πρὸς αὐτὸ διακειμένοις, καὶ κίνησιν παντελῶς οὐκ ἔχουσι μετὰ τὴν τοῦ ζητουμένου φανέρωσιν, καθ' ἣν τοῖς ζητοῦσι πέφυκε φανεροῦσθαι τὸ ζητητόν.

* Gen. ii, 2.

qui solus proprie et existit et semper existit et bene existit, eis autem qui contra naturam existendi ratione suoapte consilio fuerint usi, miseram pro beata existentia merito retribuit, ut quibus beatam existentiam, cui jam adversi stant, capere non liceat, quique quominus id quod quaeritur manifestetur motione prorsus carent, qua quaerentibus id quod quaeritur manifestari potest.

Ἄλλο εἰς τὸ αὐτὸ θεώρημα.

Καὶ πάλιν ἑβδόμη καὶ Σάββατον ἐστὶν ἡ τῶν κατ' ἀρετὴν ἀπάντων τρόπων καὶ τῶν κατὰ θεωρίαν γνωστικῶν λόγων διάβασις. Ὀγδόη δὲ ἐστὶν ἡ πρὸς τὴν ἀρχὴν καὶ αἰτίαν τῶν πρακτικῶς πεποιημένων καὶ τῶν θεωρητικῶς ἐγνωσμένων κατὰ τὴν χάριν ἀληθοῦς μεταποιήσις.

Ἄλλη εἰς τὸ αὐτὸ θεωρία.

Ἔσσι μὲν οὖν καὶ αἵθις ἑβδόμη καὶ Σάββατον ἡ τὴν κατ' ἀρετὴν διαδεχομένη πρακτικὴν φιλοσοφίαν ἀπάθεια. Ὀγδόη δὲ καὶ πρώτη ἐστὶν, ὡς μία καὶ ἀκατάλυτος, ἡ μετὰ τὴν γνωστικὴν θεωρίαν ἐπιγενομένη σοφία. Καὶ κατ' ἄλλους δὲ τρόπους παντοδύπως ἐστὶ δυνατόν τοις τῶν θεῶν φιλοθεάμοσι τὸν περὶ τῶν τοιούτων ἐκδέχασθαι λόγον, καὶ πολλὰς καλὰς τε καὶ ἀληθεῖς ἐφευρεῖν θεωρίας.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, πῶς τὸ « Διψώσατε καὶ τρισώσατε, » λαβὼν ὁ διδάσκαλος εἰς τὸ περὶ τῆς ἑβδόμης μυστήριόν φησιν « Ὡς δὲ καὶ τὴν ἑβδόμην ἀναστρέψῃς Ἡλίου τοῦ προσήτου, τῷ τῆς Σαραφθίας νιῶ, τὸ ζ' ἐμπνεύσαν, (256 a) καὶ τοῦ αὐτοῦ τὴν ἰσάριθμον κατὰ τῶν σχιδάκων ἐπίκλυσιν. »

Ὁ μακάριος γέρων παρ' ἐμοῦ τοῦτο ἐρωτηθεὶς ἔφη, Κατὰ τοῦτο τυχὸν περὶ τοῦ ἑπτά διεξιόντα τὸν διδάσκαλον ἀριθμοῦ τεκμήρασθαι δυνατόν. Πρῶτον μὲν κατὰ τοὺς λεγομένους ἀριθμητικούς. Φασὶ γὰρ ἐκαῖνοι συνίστασθαι τινὰς ἀριθμούς ἐκ δισσομένων καὶ τρισσομένων ἐτέρων, τῆς μονάδος τελευταῖον προστιθεμένης. Οἷον ἐκ δισσομένων μὲν ὁ ξδ' ⁴⁷ συνίσταται, τῆς μονάδος δισσομένης μετὰ τῶν ἐξ ⁴⁸ ἀριθμῶν, προστιθεμένης καὶ τῆς μονάδος, καὶ οὕτως ἡ ἑβδόμας πληροῦται, οἷον δις α' β', δις β' δ', δις δ' η', δις η' ις', δις ις' λβ' δις λβ' ξδ'. Τούτων οὕτω διαπλασθέντων δι' ἑξ ἀριθμῶν δοκοῦσι συντεθεῖσθαι, ἀλλὰ παραλαμβανομένη τελευταῖον καὶ ἡ μονὰς πληροῦ τὸν ἑπτά, ἐξ ἧς τὴν ἀρχὴν ὁ διπλασιασμός ἐληφεν. Οὕτως οὖν κἀνταῦθα τὸν αὐτὸν κανόνα κατασχόντες ἀπαρτίσομεν τὸν ἑπτά ἀριθμόν. Φησὶ γὰρ, « Ἐκχέατε, διψώσατε καὶ τρισώσατε. » Δις οὖν μία β', τρις β' ἕξ, καὶ ἡ πρώτη μονὰς προστιθεμένη τοῖς ἕξασιν ἀπαρτίζει τὸν ἑπτά ἀριθμόν. Φασὶ δὲ καὶ συγγενεῖάν τινὰ πνευματικὴν κατὰ μυστικὴν θεωρίαν πρὸς τὸν ζ' ἀριθμόν ἔχειν τὸν γ' κατὰ τοῦνδε τρόπον, τῷ τὴν πάνσεπτον καὶ προσκυνητὴν Τριάδα διὰ τοῦ γ' σημαίνεσθαι, καὶ πάλιν τὴν αὐτὴν διὰ τοῦ ζ'. τῷ τὸν ζ' ἀριθμόν παρθένον εἶναι. Τῶν γὰρ

y III Reg. xvii, 25, 21.

VARIAE LECTIOES.

⁴⁷ Antiqua manes in marg. libri Gud. ascripsit τῆς ἑβδόμαδος.

(64) Greg. Naz. *ibid.*, cap. 4, p. 724, tom. I Opp. ed. Bened.

A

Alia in idem contemplatio.

Atque rursus septima et Sabbatum est modorum omnium secundum virtutem et gnosticarum rationum secundum contemplationem transgressus. Octava autem est vera ad principium et causam eorum quæ active sunt facta et contemplative sunt cognita per gratiam regeneratio.

Alia in idem contemplatio.

Est igitur rursus etiam septima et Sabbatum impassibilitas quæ activam philosophiam secundum virtutem excipit. Octava vero et prima est, ut una atque indissolubilis, sapientia quæ post gnosticam contemplationem subsequitur. Sed aliis quoque et perquam variis modis rerum divinarum studiosi sermonem de talibus accipere possunt, multas et pulchras et veras adinventuri contemplationes.

B

Ex eodem sermone, quomodo illud : « Duplicate et triplicate, » capiens magister in mysterium de hebdomade dicat : « Consimili modo et septenam Eliæ prophetae conversionem, quæ Sareptanae viduae filio vita inspirata est, » ejusdemque numero parem super assulus proluvionem γ. »

Beatus senex ille a me de hoc interrogatus respondit, hoc loco videri fortasse posse quod doctor de septenario persecutus numero conjecturam fecerit. Primum quidem secundum arithmeticae artis peritos. Illi enim quosdam numeros ex duplicatis et triplicatis aliis, unitate in extremo superaddita, constare docent. Sic ex duplicatis constat numerus 64, unitate videlicet duplicata cum sex numeris et unitate in extremo adjecta, qua ratione septenarius completur numerus; nam 1 bis sumptus efficit 2, 2 bis 4, 4 bis 8, 8 bis 16, 16 bis 32, 32 bis 64. Si ita duplicati per sex numeros videntur compositi, sed unitas in extremo assumpta, ex qua duplicandi initium factum erat, complet septenarium. Pari igitur hic quoque modo eandem normam secuti septenarium absolvemus numerum. « Effundite, » enim inquit, « duplicate et triplicate. » Itaque unitate duplicata fit 2, triplicata 2 fit 6, et prima unitas addita senariis numeris absolvit septenarium numerum. Tradunt vero etiam spirituales quamdam secundum mysticam contemplationem intercedere cognationem inter ternarium ac septenarium numerum hoc fere modo, quod summe veneranda et adoranda Trinitas per ternarium numerum, et

D

iterum per septenarium significetur, eo quod septenarius numerus virgo sit. Omnium enim intra decadem numerum is solus non generat, neque generatur. Quod clare demonstrat pertractans in libro carmine scripto *De virginitate*, ubi dicit: « Prima virgo est sancta Trinitas. »

Alia in idem contemplatio.

Vel etiam in hunc modum. Cum sancta Trinitate mystice ejus simul intuens animo virtutem, bonum, inquam, quod generales quatuor virtutes repræsentat, septenarium complebis numerum. Cum sancta etenim et concelebranda laudibus Trinitate dum mystice simul intuemur virtutem ipsius, septenarium virginem numerum consummamus.

Ex eodem sermone, in illud: « Jesus vero ipse, qui pura perfectio est, quinque panibus in deserto quinque hominum millia nutrire novit, ac rursus septem panibus quatuor millia. Atque saturitatis reliquæ illis quidem duodecim cophini, hic autem septem sportæ². Neutrum, opinor, temere, nec aliter quam Spiritu dignum erat. »

Exercitatum jam ad contemplativum habitum in eis quæ copiose, ut fieri potuit, disputata sunt, quæque jam anticiparunt ipsam, mentem sermonum copia, si videtur, ne gravemus, cum divinarum rerum de reliquo, vel in compendium contractarum, contemplationem perite capere queat. Hordeacei igitur quinque panes naturalis denotant contemplationis notas rationes. Quinque autem millia hominum qui eis in deserto aluntur eos significant qui circa naturam quidem moventur, sed nondum penitus sunt ab relativa in passibili et irrationali animæ parte purgati affectione. Sic enim docemur in his rationibus contemplandis eo quod de hordeo sunt illi panes, quod genus frumenti cibus bestiis est cum hominibus communis, et quod cum mulieribus erant atque liberis. Hoc enim clare ostendit eos non alienatos plane fuisse a voluptuariis cupiditatibus et ab infantili ac vana cogitationum stoliditate. Desertum vero est hic mundus, in quo eis qui per naturalem contemplationem circa Deum commoventur Dei Sermo, naturæ rationes spiritualiter confringens, omnem honorum plenitudinem gratificatur, ut docent reliquiarum cophini, duodecim numero.

Contemplatio in duodenarium numerum.

Duodenarius numerus vero significat rationes temporales et naturales, ut qui ex quibusque est et septem per compositionem completus. Septenarium enim tempus est, utpote per orbem sese circumvolvens, et ad motionem congruenter aptum per extremitatum a medio secundum numerum cum

² Matth. xiv, 20; xv, 37, 38.

(55) Greg. Naz. *ibid*, cap. 4, p. 754, tom. I Opp. ed. Bened.

Α ἐντός δεκάδος ἀριθμῶν ὁ μόνος οὗτος οὔτε γεννᾷ, οὔτε γεννᾶται. Τοῦτο δὲ σαφῶς ἐνδείκνυται διεξιῶν ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ἐπῶν *Περὶ παρθερίας*, οὕτως λέγων, « Πρώτη παρθένος ἐστὶν ἀγνή Τριάς. »

Ἄλλο θεώρημα εἰς τὸ αὐτό.

Ἡ καὶ οὕτως. Τῇ ἀγίᾳ Τριάδι μυστικῶς τῷ λόγῳ τῆν αὐτῆς ἐπιθεωρήσας ἐνέργειαν, φημί δὲ τὸ ἀγαθὸν ὅπερ τὰς τέσσαρας ἐμφαίνει γενικὰς ἀρετὰς, τὸν ἐπτά πληρώσεις ἀριθμὸν. Τῇ γὰρ ἀγίᾳ (καὶ πανυμνήτῳ Τριάδι (256 b) μυστικῶς τῆν αὐτῆς ἐπιθεωροῦντες ἐνέργειαν τὸν ἐπτά παρθένον ἀπαρτίζομεν ἀριθμὸν.

Β Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ Ἰησοῦς ἐξ αὐτῶν, ἡ καθαρὰ τελειότης, οἶδε μὲν τρέφειν ἐν ἐρημίᾳ καὶ πέντε ἄρτοις πεντακισχιλίους, οἶδε δὲ πάλιν καὶ ἐπτά τετρακισχιλίους· καὶ τὰ τοῦ κόρου λείψανα ἐκεῖ μὲν δώδεκα κόφινοι ἐνταῦθα δὲ σπυρίδες ζ'. Οὐδέτερον ἀλόγως οἶμαι, οὐδὲ ἀναξίως τοῦ Πνεύματος. »

Γυμνασθεῖσαν ἤδη πρὸς θεωρητικὴν ἔξιν ἐν τοῖς προλαβοῦσι διὰ πλάτους, ὡς οἶόν τε ἦν, εἰρημένους τῆν διάνοιαν, πλήθει λόγων αὐτῆν, εἰ δοκεῖ, μὴ βαρῆσωμεν, δυναμένην λοιπὸν καὶ κατ' ἐπιτομήν τῆν τῶν θεῶν ἐπιστημόνως δέχεσθαι θεωρίαν. Οἱ κριθῖνοι τοιγαροῦν πέντε ἄρτοι τοὺς προχείρους τῆς φυσικῆς θεωρίας παραδηλοῦσι λόγους. Οἱ δὲ τούτοις τρεφόμενοι πεντακισχιλίοι ἄνδρες τοὺς περὶ φύσιν μὲν κινουμένους, οὐπω δὲ πάντῃ τῆς περὶ τὸ παθητικὸν καὶ ἄλογον τῆς ψυχῆς μέρος ἐκκαθαρθέντας σχετικῆς διαφέσεως ἐμφαίνουσι. Ὡς νοεῖν δίδωσι τοῖς τῶν τοιούτων λόγων θεάμασι ἐκ κριθῆς εἶναι τοὺς ἄρτους, κοινὸν δὲ τοῦτο κτηνῶν τε καὶ ἀνθρώπων εἶδος ὑπάρχει τροφῆς, καὶ τὸ σὺν γυναιξὶν εἶναι καὶ παισὶν, ὅπερ δηλοῖ σαφῶς μὴ τῶν καθ' ἕδωκον παντελῶς ἐπιθυμιῶν καὶ τῆς ἀτελοῦς τῶν λογισμῶν νηπιότητος αὐτοὺς ἠλλοτριῶσθαι. Ἡ δὲ ἐρημὸς ἐστὶν ὁ κόσμος οὗτος, ἐν ᾧ τοῖς διὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας περὶ τὸ θεῖον κινουμένοις τοὺς τῆς φύσεως πνευματικῶς διαθρύπτων λόγους ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος πᾶσαν ἀγαθῶν χαρίζεται πλησμονήν, ὡς δηλοῦσιν οἱ τῶν περισσευμάτων κόφινοι, δώδεκα ὄντες τὸν ἀριθμὸν.

Θεωρία εἰς τὸν ιβ' ἀριθμὸν.

Ἐμφαίνει δὲ ὁ δώδεκα ἀριθμὸς, ἢ τοὺς κατὰ χρόνον καὶ φύσιν λόγους, ὡς ἐκ πέντε καὶ ἐπτά κατὰ σύνθεσιν συμπληρούμενος. Ἐβδομαδικὸς γὰρ ὁ χρόνος, ὡς κυκλικῶς κινούμενος, (257-a) καὶ τῆν πρὸς τὸ κινεῖσθαι προσφυῶς ἔχων ἐπιτηδειότητα, τῆν τῶν ἄκρων ἀπὸ τοῦ μέσου κατὰ τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἴσιν

ἀπόστασιν. Πενταδική ἢ φύσις, ὑπὲρ τὸν ἀριθμὸν τὸν πέντε πεφυκυῖα τάττεσθαι, διὰ τε τὴν αἴσθησιν ὑφ' ἣν τελεῖ πενταχῶς διαιρουμένην, διὰ τε τὸ πλεόν τῆς ἀπλῶς λεγομένης ὕλης τῆς τετραχῶς διαιρουμένης ἔχειν τὸ εἶδος. Ἡ φύσις γὰρ οὐδὲν ἄλλο καθέστηκεν οὕσα ἢ ὕλη μετ' εἶδους, ἢ ὕλη εἰδοποιημένη. Τὸ γὰρ εἶδος τῇ ὕλει προστεθὲν φύσιν ἀπεργάζεται.

Ἄλλο θεώρημα εἰς τὸ αὐτό.

Ἡ τὰς τῶν ὄντων γενητῶν καὶ αἰωνίων νοήσεις, ὡς κινουμένων καὶ περιγεγραμμένων, καὶ τὸν τοῦ τί καὶ ποῖον καὶ πῶς εἶναι λόγον ἐπιδεχομένων. Πᾶν γὰρ κινήτῳ τε καὶ γενητῳ ὑπάρχει, καὶ διὰ τοῦτο πάντως καὶ ὑπὸ χρόνον ἐστὶ, κἂν εἰ μὴ τὸν κινήσει μετρούμενον. Ἀρχὴν γὰρ ἔχει τοῦ εἶναι πᾶν γενητῳ ὡς ἤρξημένον τοῦ εἶναι, καὶ διάστημα, ἀφ' οὗ τοῦ εἶναι ἤρξατο. Εἰ δὲ καὶ ἐστὶ καὶ κινεῖται πᾶν γενητῳ, καὶ ὑπὸ φύσιν πάντως ἐστὶ καὶ χρόνον, τὴν μὲν διὰ τὸ εἶναι, τὸν δὲ διὰ τὸ κινεῖσθαι, δι' ὧν κατὰ συμπλοκὴν ὁ τοῦ δώδεκα κατὰ τὸν ἀποδοθέντα τρόπον συμπληροῦται λόγος.

Ἄλλη θεωρία.

Ἡ τὴν ἠθικὴν καὶ φυσικὴν καὶ θεολογικὴν φιλοσοφίαν ὁ ἀριθμὸς οὗτος δηλοῖ, ὡς ἐκ τεσσάρων καὶ πέντε καὶ τριῶν συναγόμενος. Τετραδικὴ γὰρ διὰ τὰς δ' γενικὰς ἀρετὰς ἐστὶν ἡ ἐν τοῖς πράγμασι κατ' ἦθος ἀκριβὴς φιλοσοφία. Πενταδικὴ δὲ ἡ φυσικὴ θεωρία διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν, φησὶ δὲ τὴν πενταχῶς κατὰ φύσιν διαιρουμένην αἴσθησιν. Τριαδικὴ δὲ ἡ μυστικὴ θεολογία, διὰ τὰς ὁμοουσίους ἁγίας τρεῖς ὑποστάσεις τῆς παναγίου μονάδος, ἢ ἐν αἷς ἢ ἁγία μονὰς, ἢ, κυριώτερον εἰπεῖν, ἅπερ ἡ ἁγία μονὰς.

Ἄλλη θεωρία.

Ἡ τὴν καθόλου καὶ γενικωτάτην (257 b) ἀρετὴν καὶ γνῶσιν, τὴν μὲν ὡς ἐνταῦθα διὰ τῶν δ' ἀρετῶν κατορθουμένην, τὴν δὲ ὡς διὰ τῶν ὀκτώ τὴν θειωτέραν τῶν μελλόντων μυστικῶς παραδελουσῶν κατὰστάσειν σημαυνομένην, ἐξ ὧν ὁ δώδεκα κατὰ σύνθεσιν ἀριθμὸς ἀπαρτίζεται.

Ἄλλη θεωρία.

Ἡ τὰ παρόντα τε καὶ τὰ μέλλοντα, ὡς τῶν μὲν παρόντων τὸν δ' στοιχειώδη τε καὶ ὕλικόν ἀριθμὸν ὄντα φυσικῶς παραδεχομένων, τῶν δὲ μελλόντων μυστικῶς ἐπιθεωρούμενον αὐταῖς ἐπιδεχομένων τὸν ὀκτώ ἀριθμὸν, ὡς τῆς κατὰ χρόνον ἐβδομαδικῆς ὑπερθετικῆς ἰδιότητος.

A æquam distantiam. Quinaria vero est natura et ita comparata ut sub hunc numerum cadat, et propter sensum quo pertinet quinquetariam divisum, et quod materia, quæ simpliciter appellatur, quæque quadrifariam divisa est, formam habet superiorem. Natura enim nihil aliud est quam materia cum forma, sive materia formata. Nam forma materiae adjecta naturam efficit.

Alia in idem contemplatio.

Vel significat eorum quæ facta et quæ æterna sunt cogitationes, utpote quæ moventur et circumscripta sunt, et essentiali et qualitatibus et modi rationem capiunt. Omne enim mobile et factum existit, et ideo fieri non potest quin tempori subjectum sit, etiamsi non ei quod motione mensuratur. Initium enim habet existentiam quocumque factum est, quippe quod in existentiam intravit, itemque distantiam vel spatium ex quo existere incœpit. Quod si et existit et movetur omne factum, necesse est etiam ut sub naturam et tempus cadat, sub alteram ob existentiam, sub alteram ob motionem, quibus complicatis ratio duodenarii eo quo indicavi modo consummatur.

Alia contemplatio.

Vel moralem et naturalem et theologiam philosophiam hic numerus monstrat, ut ex quatuor et quinque et tribus conflatus. Quaternaria ob generales quatuor virtutes in rebus est accurata moribus philosophia. Quinaria vero naturalis est contemplatio, de ea causa quam indicavi, sensu scilicet quinquetariam diviso. Ternaria denique mystica est theologia, ob sanctas tres coessentialis substantias sanctissimæ unitatis, vel in quibus est sancta unitas, vel, ut magis proprie dicam, quæ est sancta unitas.

Alia contemplatio.

Vel universalem atque generalissimam significat virtutem et cognitionem, ut quarum altera hic per quatuor virtutes perficiatur, altera per octo quæ diviniorem rerum futurarum statum mystice ostendunt, significata sit, ex quibus duodenarius numerus compositus perficitur.

Alia contemplatio.

Vel presentia atque futura significat, quia res presentes quaternarium numerum elementarem et materialem naturaliter suscipiunt, res futuræ autem octonarium sibi vindicant numerum mystice in sese spectatum, quippe qui eam habeat proprietatem ut hebdomaticam temporis superet.

VARIE LECTIONES.

⁴⁸ τὴν habet Apographum. ⁴⁹ Apographum habet παραδελουσῶν. ⁵⁰ Sic Apographum. An forte rependendum ὑπερθετικόν?

Alia contemplatio.

Vel ternas de intellectualibus et sensualibus iudicii ac providentiæ rationes duodenarius clare numerus significat. Una enim quæque istarum ad sese admittit tres ejus quod est existendi rationes, quemadmodum ex summis doctrinæ capitibus tam discipulis quam doctoribus de potiore in oraculis divinis exercitatione multifariam manifestum est. Triplicantes igitur semetipsis eorum quæ existunt rationes generales quatuor, illa in quibus conspiciantur existentia, vel rursus istis quorum sunt ipsæ triplicatæ, duodenarium efficiunt numerum. Nam si ea quæ existunt essentiam habent et facultatem et virtutem, triplicem in se ipsis existendi nimirum habent rationem. Jam si has rationes ad existendum videlicet quemadmodum existunt Providentia connectit, triplex etiam ipsius plane evadet ratio. At si corruptelas singularum quas dixi rationum cum deflexæ fuerint, tam præteritas quam præsentis et futuras, iudicium vindicat pravitatem castigans, sit ut etiam ipsa habeat triplicem suam contemplationis rationem, qua dum essentiam et facultatem et virtutem rerum quæ existunt definit, suam in perpetuum servat infinitatem.

Alia contemplatio.

Vel rursus perfectam, quam nobis assequi licet, causæ et eorum quæ ex alio tanquam ex causa procedunt agnitionem iste numerus significat. Decadi enim dyas adjecta efficit 12 numerum; decas vero est Jesus Dominus et Deus rerum universalium, quippe qui ab monade progressus, sic tamen ut foras non exiret, ad sese ipsum rursus et monadem revertit. Monas enim etiam decas est, et tanquam terminus eorum quæ fiuntur et comprehensio ac munitio eorum quæ spectantur ac meta omnis arithmetice terminationis. Atque dyas rursus est omnis eorum quæ post Deum sunt cogitatio. Sic sensibilia cuncta, ut de materia ac forma constantia, dyas sunt, et intellectualia item, de potestatis et ejus qui illa essentialiter format congregatione. Nequaquam enim quod factum est simplex est, eo quod non hoc solum vel illud est, sed tanquam in subjecto essentialiter definitivam differentiam, quæ ipsum illud constituat, ipsumque ab alio evidenter secernat. Nihil autem quod qualicumque modo suæ existentie manifestandæ causa essentialiter aliquid quod simul cernitur habet proprie simplex esse potest.

Alia contemplatio.

Vel rursus divinam essentiam hic numerus, et alacrem ejus ad agendum virtutem occulte significat. Divinam quidem essentiam, per tres numeram indicatam, ut triplici modo celebratam propter exstantiam per tres substantias; trinitas enim

A

Ἄλλη θεωρία.

Ἡ τοῦς περὶ νοητῶν καὶ αἰσθητῶν κρίσεως τε καὶ προνοίας τριττοῦς λόγους ὁ δώδεκα σαφῶς ἀριθμῶς παραδῆλοι. Ἐκαστον γὰρ τούτων ἐφ' ἑαυτὸ τοῦ εἶναι τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ τρεῖς ἐπιδέχεται λόγους, καθὼς τοῖς ἀκροῖς λόγοις τῶν θεῶν μύσταις καὶ μυσταγωγίαις διὰ πολλὴν ἀσκησιν τῶν λογίων ἐκ πολλῶν κατὰδῆλον γέγονε. Τριπλασιάζοντες οὖν ἑαυτοῖς οἱ καθόλου τριττοὶ τῶν ὄντων λόγοι τὰ ἐφ' οἷς θεωροῦνται δ' ὄντα, ἢ τὸ ἐμπαλιν τοῖς ὄν εἰσιν αὐτοῖς τετραπλοῦμενοι, τὸν δώδεκα ποιῶσιν ἀριθμὸν. Εἰ γὰρ τὰ ὄντα οὐσίαν ἔχει καὶ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν, τριττὸν τὸν ἐπ' αὐτοῖς τοῦ εἶναι δηλονότι κέκτηνται λόγον. Εἰ δὲ τούτους συνθεῖ τοῦς λόγους πρὸς τὸ εἶναι δηλονότι καθὼς εἰσιν ἡ πρόνοια, τριπλοῦς καὶ ὁ αὐτῆς πάντως ὑπάρχων καθέστηκε λόγος. Εἰ δὲ τῶν λωθήσειων τῶν καθ' ἓνα τῶν εἰρημένων παρατραπόντων λόγων, παρελθουσῶν τε καὶ παρουσῶν καὶ μελλουσῶν, ἡ κρίσις ἐστὶ τιμωρητικὴ ὡς κακίας κολαστικῆ, τριπλοῦν ἔχει καὶ αὐτὴ τὸν ἐπ' αὐτῇ τῆς θεωρίας λόγον, καθ' ὃν οὐσίαν τε καὶ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν τῶν ὄντων περιγράφουσα μένει τὴν οἰκείαν εἰς τὸ εἰρηνεκῆς ἀφοριστικῆς φυλάττουσα.

B

(258 a) *Ἄλλη θεωρία.*

Ἡ πάλιν τὴν ἐφικτὴν τοῦ αἰτίου καὶ τῶν αἰτιατῶν τελείαν ἐπίγνωσιν ὁ ἀριθμῶς οὗτος δηλοῖ. Δεκάδι γὰρ προστεθεῖσα δυάς ποιεῖ τὸν εἰς δεκάς δὲ ἐστὶν Ἰησοῦς ὁ Κύριος καὶ θεὸς τῶν ὅλων, ὡς ἀνεκφοιτήτως ταῖς ἀπὸ μονάδος προόδους πρὸς ἑαυτὸν μοναδικῶς πάλιν ἀποκαθιστάμενος. Μονάς γὰρ καὶ ἡ δεκάς, καὶ ὡς ὅρος τῶν ὀριζομένων καὶ περιοχῆ τῶν κλινομένων καὶ πέρας πάσης ἀριθμητικῆς ἀποπερατώσεως. Καὶ δυάς ἐστὶ πάλιν πᾶσα τῶν μετὰ Θεὸν ὄντων ἡ σύμπηξις, οἷον τὰ μὲν αἰσθητὰ πάντα ὡς ἐξ ὕλης συνεστηκότα καὶ εἶδους ἐστὶ δυάς, τὰ δὲ νοητὰ, ὡσαύτως ἐξουσίας καὶ τοῦ εἰδοποιούντος αὐτὰ οὐσιωδῶς συμβεβηκότος. Οὐδὲ γὰρ ἐστὶ τὸ παράπαν γενητῶν κυρίως ἀπλοῦν, ὅτι μὴ τότε μόνον ἐστὶν ἡ τότε, ἀλλ' ὡς ἐν ὑποκειμένῳ τῇ οὐσίᾳ ἔχει τὴν συστατικὴν τε καὶ ἀφοριστικὴν διαφορὰν συνεπιθεωρουμένην, τὴν αὐτὸ μὲν ἐκείνο συνιστῶσαν, ἄλλου δὲ αὐτὸ φανερώς διακρίνουσαν. Οὐδὲν δὲ καθ' οἰονδήποτε τρόπον οὐσιωδῶς ἔχον συνεπιθεωρούμενόν τι πρὸς δῆλωσιν τῆς οἰκείας ὑπάρξεως δύναται κυρίως εἶναι ἀπλοῦν.

C

D

Ἄλλη θεωρία.

Ἡ πάλιν τὴν θεῖαν οὐσίαν καὶ τὴν αὐτῆς δραστηκὴν ἐνέργειαν ἐπικεκρυμμένως ὁ ἀριθμῶς οὗτος ὑποσημαίνει. Τὴν μὲν θεῖαν οὐσίαν, διὰ τοῦ τρεῖς ἀριθμοῦ δηλουμένην ὡς τριαδικῶς ὑμνουμένην διὰ τὴν τρισυπόστατον ὑπαρξιν· τριάς γὰρ ἐστὶν ἡ μονάς

VARIAE LECTIOES.

⁶¹ Apographum habet οὐσιωδῶς.

